
ULA. BHSC. LyR. 123

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º 93
Tabla 1
Número 3605

UVA. BHSC. IyR_123

IjR 123

UVA. BHSC. IyR_123

UVA. BHSC. IyR_123

UVA. BHSC. IyR_123

UVA. BHSC. IyR_123

Fons erat hebreus siccus nec clarus abunde:
Presulis Alfonsi tempore ad vsqz grauis:
Cum fonseca suo venit cum sydere quino:
Iste sacrum fulgens pingueqz fecit opus:

¶ Introductiones Artis grammatice Hebraice nunc recenter edite.

¶ Impresse in Academia complutensi in Edibus Michaelis de Eguia.

UVA. BHSC. IyR_123

AD REVERENDISSIMVM AC IL
lustrem dominum. D. Alfonsum de Fonseca
Archiepiscopū Toletanū, & Hispania
rum primatem &c. Alfonsi Za
morensis: introductionum
Hebraicarū secunda
editio: post
eam,
quam primū ediderat in
academia
COMPLV
TENSI.

QVIDEM NVL,
lum est Reuerendissime ac perinde illustrissime domi ne humanum opus maxi, me litterarium adeo perfe ctum, quod vigilantia ac temporis discursu recogni tum nequeat meli? disponi, ac perfectionis augmētum recipere: testante hoc Ari, stotele Philosophorū prin cipe: qui vocem experientiæ proferens. Scientiarum (inquit) velut fluminum per temporis longitudinem fa cta

UVA. BHSC. IyR_123

cta sunt incrementa. etenim quod vnusquisque autor se/cundum se apposuit suæ scientiæ, paruum quid fuit, ex multis tamen coarticulatis facta est scientiæ cuiusque ma gnitudo. Hæc ille in secundo suæ metaphysices. Quod si in omni ætate & doctrina, id esse verum nullus permit titur ambigere: hoc maxime experti sumus in hac no/stra tempestate circa artem & Grammaticam linguæ he braicæ nuper latinis traditam diligentia, ac beneficio cu iusdam Ioannis Reuclin germani: qui cum ab hebrai/cis in ea fuisset diutius eruditus: vidisset q; hebræos ipsos in Synagogis Germaniæ magis vsu, quàm arte linguæ suæ peritiam tradere: decreuit vsum illum in artem re/digere, & more latinorum præcepta tradere: quibus ser mo Hebræus contineatur. At cum apud Hispanos ma xime Zamorenses eiusdem linguæ studium valde artifi/ciosum viguerit hactenus: satis diminuta visa est editio il la Ioannis Reuclin, & quæ multorum præceptorum additione perfici desideraret. Quare Reuerendissimus dominus meus Cardinalis bonæ memoriæ prædecessor D.V. considerans, quàm necessaria esset latinis Theolo/gis Hebraicæ linguæ peritia, ad habendam vel maxime synceram & veridicâ veteris testamenti contexturam: asci tis hebræorum peritissimis ex diuersis Hispaniæ vrbi/bus aliam edidit pleniorem artem Hebraicæ grammati/cæ: simul cum vocabulario copiosissimo omnium fere dictionum hebraicarum. Inter quos illum laborem præ cipue mihi commendauit. Verum quia prædicto domi no tunc ad alia maiora properante: editio illa in tem/

UVA. BHSC. IyR_123

poris anguſtia facta eſt, remanſit adhuc locus poſteris eiuſdem linguæ peritiſſimis, vt artem illam additione, remotione, aut permutatione præceptorum breuiorem, faciliorem, ac proinde lucidiorem efficerent. Qua recognitione eiuſdem domini Cardinalis intentio non fraudaretur, ſed potius augeretur, & confirmaretur. Ego igitur qui per annos plures illius liberalitate alitus ſum: iudicaui me hoc ipſi debere obſequii: ſi tamen hoc præſtare commode poſſem: vt ex Zamorenſium doctiſſima officina acciperem multa, quæ ad huius artis elimationem, cõplemẽtum, & pulchritudinẽ eſſent idonea? Accipiet igitur. R. D. tua hanc qualemcunque grammaticæ hebrææ recognitionem: vel potius ſecundam editionem tuo benigniſſimo fauore tuendam, ac ad multorum vtilitatem excudendam: quam ſermone plano & humili edere volui, quatenus tam aduleſcentibus adhuc rudibus quam viris litteratis prodeſſet. Per hoc enim me accerri me incitabis ad alia opera forte vtiliora aggrediẽda: quæ ex hebræorum archiuis adytis cum magno reipublicæ Chriſtianæ adiumento in publicum eſſent proditura. Nã hoc opus decet paternitatem tuam digniſſimam, cum ſis ipſe ſucceſſor eius à quo hæc bona cœpta ſunt in Hiſpania. Vale.

UVA. BHSC. IyR_123

ALFONSI
ZAMORENSIS PROFESSORIS

linguæ hebraicæ in academia complutensi. Introductiones Artis Grammaticæ Hebraicæ in tres præcipue libros diuisæ, Quorum primus est de modo legendi, & pronunciandi litteras & syllabas. Secundus est de modo declinandi & coniugandi dictiones regulares. Tertius de dictionibus irregularibus.

IN PRIMIS, ITAque ponamus nomina figuras & potestates litterarum hebraicarum recto ordine descendendo à summa vsque ad infimam earum. Itaque figura sit character litteræ scriptus, nomẽ sit eius vocabulum, potestas vero sit correspondentia eius ad aliquam litteram latinam, vel græcam, vt melius appareat eius prolatio. Litteræ ergo hebraicę quãtum ad nomina sunt duæ & viginti. Sed quãtum ad figuras sunt viginti & septem, quia quinque species litterarũ duplices habent figuras vt patet in hoc exemplo.

UVA. BHSC. IyR_123

ALPHABETVM HEBRAEVM.

Nomen	Figura	Nomen	Poteſtas.
אָלֶף	א	Aleph	A
בֵּית	ב	Beth	B
גִּימֶל	ג	Guimal	G
דָּלֶת	ד	Daleth	D
הֵא	ה	He	H
וִיו	ו	Vau	V
זַיִן	ז	Zain	Z
חֵית	ח	Cheth	Ch
טֵית	ט	Teth	T
יוֹד	י	Iod	I
כַּף כָּף	כ ך	Caph chaph	C ch
לָמֶד	ל	Lamed	L
מֵם מֵם	מ ם	Mem mem	M M
נוּן נוּן	נ ן	Nun nun	N N
סָמֶךְ	ס	çamach	ç
עַיִן	ע	Hain	Ha
פֵּא פֵּא	פ ף	Pe phe	P ph
צָדִיק צָדִיק	צ ץ	çadic çadic	ç ç
קוֹף	ק	Quoph	Q
רֵישׁ	ר	Res	R
שִׁין שִׁין	שׁ שׁ	Sin çin	S ç
תָּיו	ת	Tau	Th

¶ Et notandum quod ſcriptura hebraica eſt legenda a dextera manu ad ſiniſtram eundo. Vnde ad hoc magis declarandum iterum ſcribitur Alphabetum hebraicum per binas litteras ſine nominibus,

UVA. BHSC. IyR_123

אב.גד.הו.זח.טי.כך.למם.נן.סע.פף.צין.קר.שת.

Nomen litteræ bissyllabum habet accentum in prima.

SEquuntur figurę nomina & potestates punctorum quibus hebræi vtuntur pro nostris litteris vocalibus, & sunt nouem simplices.

Nomen	Figura	Nomen	Potestas.
קָמֵץ	◌ָ	cameç	a
פַּתַח	◌ַ	pathach	a
צֵירֵי	◌ֵ	çere	e
סֶגוֹל	◌ֶ	çegol	e
שְׁוָא	◌ְ	seua	e
חִירִיק	◌ִ	chiriq	i
חוֹלָם	◌ֹ	cholem	o
שׁוּרֶק	וּ	sureq	u
שׁוּרֶק	◌ּ	sureq	v

¶ Præter hæc puncta simplicia sunt ad huc alia tria composita, scilicet hæc.

קָמֵץ חָטֵף	◌ֳ	cameç chateph	o
פַּתַח חָטֵף	◌ֲ	pathach chateph	a
סֶגוֹל חָטֵף	◌ֱ	çegol chateph	e

¶ In his duodecim punctis nomina eorum proferū tur semper accentu in vltima. Vnde patet quod potestas cuiuslibet puncti vocalis est secundum vocalem latinam, quæ ponitur in prima syllaba sui nominis. excepto puncto cameç chateph quod pro. o. latino ponitur, vt patet hic supra. Potestas vero cuiuslibet litteræ hebraicæ accipitur secundum sonum, à quo incipit nomen eius. vt Beth potestas est. b. Daleth potestas eius est. d. & sic de aliis.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Ex prædictis autem litteris & punctis adinuicem cõbinatis fiunt syllabæ hebraicæ, sicut in aliis linguis omnibus. vt patet in hoc exemplo, vbi omnia puncta vocalia adiunguntur primæ litteræ alphabeti, quæ est Aleph.

u o i e a

אוּ אֹ אִ אֱ אַ

¶ Item aliud exemplum de secunda littera, scilicet beth cum eisdem punctis vocalibus.

bu bo bi be ba

בּוּ בֹ בִ בֱ בַ

¶ Et per hunc modum debet fieri in aliis omnibus litteris adiungendo eis puncta vocalia & faciẽdo syllabas, deinde ex syllabis dictiones. & tandẽ ex dictionibus orationes. vt patet in hoc versu, qui est principium libri Geneseis, & totius sacræ scripturæ.

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃

Hoc est. In principio creauit deus cœlum, & terram.

¶ Et in legendo aduerte, qđ quælibet littera in medio dictionis posita habens sub se punctum seua, quælibet etiã littera in fine dictionis posita sine puncto vocali, colligenda est cum vocali & syllaba eam præcedente hoc modo אֶפְקֹד ephquod, idest visitabo. ¶ Hæc de modo legẽdi, & combinandi litteras syllabas, & dictiones.

¶ Caꝑ. secundum de proprietatibus litterarum.

SEd adhuc circa prædictas litteras, & puncta vocalia aliqua sunt notanda. ¶ Primo quod illæ quinq; litteræ quas prius diximus duplices habere figuras, sunt istæ כך caph מם mem נן nun פף pe צץ çadiq. In quibus

UVA. BHSC. IyR_123

bus priores litteræ semp ponūtur in principio & in medio dictionis nunquàm infine, posteriores vero semper infine, nunquàm in principio aut medio dictionis, quare peculiari vocabulo litteræ duplices, & finales vocantur, & memoriæ gratia significātur hac dictione רְסְוָיֵץ chimnapheç. Harum quinq; littererarum finalium tres nunquàm scribuntur cum aliquo puncto vocali, sed colligun tur à syllaba præcedente. & sunt istæ סְפַץ mephaç. aliæ vero duæ, scilicet רן nun & chaph recipiunt puncta vocalia. differenter tamen, quia nun finalis solum ֶ cameç recipit. & tunc non colligitur à syllaba præcedente, sed facit per se syllabā ָן na, quādo vero scribitur sine pūctovocali, tunc colligitur à syllaba præcedente. Chaph vero finalis nunquàm scribitur sine puncto ְ seua vel ֶ cameç. & nunquàm venit cum alio puncto. sed quando scribitur cum seua, colligitur à syllaba præcedente, vt לְךָ lech. quādo autē cū camez facit per se syllabā cha, vt אֵלֶיךָ elecha.

¶ Secundo sciendum, quod dimissis quinq; litteris finalibus prædictis, aliæ viginti duæ litteræ principales diuiduntur in duas partes æquales. nam vndecim earū sunt litteræ substantiales, & aliæ vndecim dicuntur accidentales. Substantiales, quæ his quattuor dictionibus מַח סֶפֶר גֶּזַע צֶדֶק comprehenduntur, ideo dicuntur, quia ad nihil aliud deseruiunt, quàm ad constituendas syllabas, & dictiones, earumq; significationes principales, suntque de substantia dictionum in quibus ponuntur siue cum punctis vocalibus siue sine illis, & dicuntur ab hebræis. אוֹתִיּוֹת הַשֹּׁרֶשׁ idest litteræ radicis, Econtrario aliæ vndecim

UVA. BHSC. IyR_123

vndecim litteræ quæ in his tribus dictionibus אֶתְכְּנָה מְשָׁלִיבוֹ continentur, vocantur accidentales, quia præter hoc, quod substantiam quarūdam dictionum constituūt, solent in aliis dictionibus poni ad denotādū accidētia nominis, aut verbi, vt genus, declinationē, coniugationem, tēpus, personā, casum, &c. vt infra dicem9. Has litteras accidētales hebræi vocāt אוֹתִיּוֹת הַשִּׁמּוּשׁ .i. litteras seruitii.

¶ Tertio dicamus, quod ex istis vndecim litteris accidentalibus quattuor sunt, quæ solent poni ociose, scilicet אֶהְוִי & dicuntur ab hebræis נָחָה nacha. & hoc contingit, quando ponuntur sine puncto vocali ad ornamentū dictionis, & tunc nō sonant in pronūciatione licet scribātur, vt patet in hac dictiōe רֵאשִׁית resith vbi aleph & iod sunt litteræ ociosæ. & per hunc modum ponūtur in aliis multis dictionib9, & īmediate sequūtur ad pūcta vocalia.

¶ Quarto notandum, quod quando hæ duæ litteræ ociosæ vau & iod ponuntur simul in fine alicuius dictionis sine puncto vocali, tunc prima earum manet ociosa, & secunda profertur colligitur'q; à syllaba præcedente. vt גּוֹי goi בָּנָיו banau. Et quando sola iod, vel sola vau ponitur in fine dictionis post punctum vocalem de. a. vel. u. tunc non est ociosa, sed profertur, & colligitur à syllaba præcedente. vt צַו çau בָּנָי banai גָּלוּי בָּנוּי. Et quando post prædictas duas litteras, scilicet vau, & iod sequitur immediate punctus surech cū vau, tum illa littera vau vel iod profertur, & non est ociosa. vt קִוּוּ quiuu חַיּוּ chaiu. Et quando in fine dictionis ponūtur iod & aleph, vel vau & aleph sine puncto vocali, tunc non proferuntur,

sed

UVA. BHSC. IyR_123

sed ambæ manent ociosæ. vt הִוא hi מָבוֹא mabo.

¶ Quinto scire debemus, quod præter supradicta pū cta vocalia hebræi habent alium pūctum dictum dagues. qui nunquàm scribitur sub vel supra litteram, sed intra eam, vel in ventre litteræ, nec seruit pro vocali, sed ad red dendam acriorem vel densiorem litteræ pronunciationē, ac si esset geminata. vt מִמֶּנּוּ mimmennu. et quando non ponitur dagues littera blāde, & simpliciter profertur. Vn de & dagues hebraice est densans, vel cōstringens latine. cui contrarius est apud hebræos alius punctus, vel virgu la, quæ dicitur raphe hebraice, ideſt laxans latine. quia lit tera cui talis virgula superponitur, laxa & exilis sonat.

¶ Et scias, qđ sunt sex litteræ hebraicæ istę בְּגַדְכְּפַת quæ solæ recipere possunt raphe, possunt etiam recipere dagues. Vnde beth littera cum raphe vel sine dagues so nat, sicut apud latinos. u. consonans, sed cum dagues so nat sicut. bb. duplicatum. Guimal etiam cum raphe sonat blande cum dagues dense, Daleth similiter vt guimal. Caph cum raphe vel sine dagues sonat sicut chi græcū, cum dagues sicut. k. latinum. Pe littera cum raphe est si cut phi græcum, cum dagues sicut. p. latinum. Tau cum raphe vel sine dagues sonat sicut thi græcū, cum dagues sicut. t. latinum. Sunt præterea aliæ quinque litteræ istæ אהחער quæ nunquàm aut rarissime recipiunt dagues. verum est tamen, quod littera he aliquādo in fine dictio nis inuenitur cum vno puncto in ventre eius, sed ille pun ctus non est dagues, sed vocatur mapiq chaldaice, ideſt extractor latine, quia extrahit illam litteram à sua natura,

ne

UVA. BHSC. IyR_123

ne sit ociosa, sed facit eam sonare. & ponitur solum ille punctus in hac littera ad denotandum genus fœmininum tertiæ personæ numeri singularis. vt patet in hoc exemplo דִּבְּרָה debara, idest verbum eius, scilicet fœminæ.

¶ De littera. ר. res.

¶ De prolatione litteræ. ר. est notandum quod in principio dictionis sonat sicut duplex. rr. vt רֹאשׁ rros רֵאשִׁית rresith. sed in medio vel in fine dictionis sonat sicut simplex. r. vt בְּרֵאשִׁית bereſith שֹׁמֵר samar.

¶ Sexto sciendum, quod est alius punctus non vocalis apud hebræos, qui dicitur siboleth, vel ṣiboleth, & seruit solum vni litteræ alphabeti, quæ dicitur שׁ sin. & superscribitur ei variatq; sonum eius hoc modo. quia quando ponitur supra litteram ad manum dexteram dicitur ille punctus siboleth, & tunc sonat littera illa vt. s. latinum. quando vero ponitur idem punctus ad sinistram, dicitur ṣibolet, & tunc sonat illa littera vt. ṣ. latinum, & nunquàm ista littera scribitur sine aliquo puncto ex supradictis, posito supra eam. Et quando hæc littera sonat vt. ṣ. cum apice ṣiboleth assimilatur aliis duabus litteris ṣamach & ṣadic in sono earū, quia omnes istæ sonant apud hebræos vt. c. apud latinos, licet illum sonum communes latini nō proferant nisi quando. c. iungitur. e. vel. i. nam cum aliis vocalibus. c. apud eos sonat vt. q. vel. k. sed prædictæ tres litteræ hebraicæ cum omnibus pūctis vocalibus habent illum sonum. sicut etiam Hispani sonant litteram. c. cum omnibus vocalibus eodem modo. licet discretionis gratia ponant quoddam signum subscriptum litteræ. c.

ad

UVA. BHSC. IyR_123

ad faciendum illum ſonum quod vocant cerilla. hoc mo
do. ça. çe. çi. ço. çu. Et quia iſte ſonus litteræ.c.non erat
in vſu apud latinos tempore ſancti Hieronymi, ideo ſem
per ipſe in trãſlatione ſacrę ſcripturę in vocabulis hebrai
cis pro illis tribus litteris poſuit.s.latinum.vt pro çinai,ſi
nai. pro çebaoth,ſebaoth. pro eçau,eſau. primi vocabuli
littera eſt çamach. ſecundi çadic. tertii littera ſin cum çi/
bolet. Verum ſubtiles hebræi faciunt quandam paruam
differentiam inter ſonos harum trium litterarum.quia ça
dic ſonat fortius,çamac mediocriter.çin magis exiliter.

¶ Septimo videdum eſt de pronũciatione litterarum
hebraicarum.& præter doctrinam poſitam ſupra de pote
ſtate litterarum,& punctorum, addimus hic quod etiam
viua voce præceptoris opus eſt ad bene pronunciandas
ſingulas litteras hebraicas, eo quod ſunt quædam litteræ
hebraicæ quarum ſoni non bene explicari poſſunt litte/
ris latinis,ſcilicet iſtæ quattuor הַחֲעָךְ. Sed artificioſi grã
matici hebræorum diſtingunt alphabetum in quinque
partes quantum ad prolationem litterarum.nam.eæ.quat
tuor litteræ בּוּמָף proferũtur labiis.Iſtæ quinq; זְסָצְרֵשׁ
dentibus.Item iſtæ quinq; דְּטִלְנֵת lingua.Sed quattuor
ille גִּיכַק palato. tandem vero iſtæ quattuor אַהֲחֵע pro/
ferũtur in gutture.atq; ideo dictæ ſunt litteræ gutturales.
Aliqui hebræi dicũt,qđ illæ duæ litteræ מ נ mem & nun
vocantur litteræ naſi, quia non bene proferũtur niſi aper
to naſo. Sunt tamen in alphabeto quattuor iſtæ litteræ
בְּגַדְכְּפַת quę valde aſſimilãtur in figura illis quattuor
& tamẽ earum prolationes,& ſoni ſunt valde differentes,

ideo

UVA. BHSC. IyR_123

ideo ad euitādum errorem in legendo, datur inter eas hęc notabilis differentia, quia primæ quattuor sunt angulares & quasi semi quadranguli, aliæ quattuor sunt rotundæ & quasi semicirculi.

¶ Cap̄.tertium de punctis vocalibus, & aliis.

CIrca puncta, vel apices notandum est primo, quod inter puncta vocalia quinque dicuntur principalia vel reges aliorum, quæ in hoc versu פִּיתוּחֵי חֹתָם continētur, & post nullum istorū immediate sequitur dagues, excepto si accentus dictionis poneretur in eodem pūcto principali vt לָמָּה alia vero puncta omnia dicuntur minus principalia & serui aliorum. Et quia quinq; dicta puncta principalia correspōdent nostris quinq; vocalibus latinis. & similiter puncta minus principalia etiam seruiunt pro eisdem vocalibus latinis, ad videndum horum punctorum differentiam, dicamus hic proprietates singulorum per ordinem, ita quod post quemlibet punctū principalem sequatur punctus minus principalis seruiens ei. Incipiamus igitur a pūcto cameç.

¶ De cameç.

IAm dictum est supra, quod iste punctus habet vicem vocalis.a.tamen hoc sæpius mutant hebræi in sua pronunciatione: dicentes, quod quandocunq; in aliqua dictione pollisyllaba punctus seua immediate præcedit aut sequitur punctum cameç, tunc cameç sonat, vt cholem, idest pro vocali.o.vt חָכְמָה idest sapientia. hebræi legunt chocma אֶשְׁמָר idest seruabo. hebræi legunt esmor. Sed hæc regula hebræorum non est multum necessaria latinis, quia sine errore posset legi chacma, & esmar. Est tamen

UVA. BHSC. IyR_123

men vna dictio monosyllaba, scilicet כֹּל ideſt omnis. vtri usque generis & numeri, quæ scribitur per cameç, & cum accentu dicto machaph, & tunc profertur quasi per cholem, scilicet col. Verum in duobus locis sacræ scripturæ ista dictio scribitur sine illo accentu, & tunc legitur cal. Primus locus est in psal. 34. vbi dicit, omnia ossa mea &c. Secundus est Prouerb. 19. vbi dicit: oes fratres pauperis &c.

¶ De pathach.

ETiam dictū est, qđ pathach ponitur pro vocali. a. sicut cameç, sed in hoc differt ab eo, qđ pathach distinguit nomen à verbo, quia in verbis primæ cōiugationis quorum primæ duæ syllabæ habēt vocalem. a. prima scribitur per cameç, secunda per pathach vt פָּקַד pacad, ideſt visitauit. in nominibus autem tales duas syllabas habentibus vtraq; scribitur per cameç vt דָּבָר dabar, ideſt verbum. ¶ Item quando in fine dictionis pathach subscribitur his duab⁹ litteris gutturalib⁹ ח ע cheth & hain, tunc vocalis. a. designata per pathach prius debet sonare, quàm littera. hoc modo ah, quod est contra communem modum aliarum litterarum & punctorum, quia semper prius sonat littera, quàm punctus. Exempla huius regulę sunt hæc יֵשׁוּעַ מָשִׁיחַ iesuah massiah, ideſt iesus christus. & huiusmodi nomina habent accentum in penultima syllaba. & huius prolationis ratio est, ad distinguendum nomen masculinum à fœminino, & etiam à pronomine fœminino, quæ semper habent he litteram in fine, & pfertur illa syllaba vltima hoc modo יְשׁוּעָה iesuha, ideſt saluatio רוּחָהּ rucha, ideſt spiritus eius, scilicet rei

fœmini

UVA. BHSC. IyR_123

fœmininæ. ¶ Itē pathac chateph_ punctus minus principalis, qui ponitur pro.a.vocali, cōsueuit poni ab hebreis in litteris quattuor gutturalibus prædictis, scilicet אהחע Et ponitur sæpius in eis loco puncti seua, sed nihilomin? profertur tunc vt vocalis.a. ¶ De çere & çegol.

DIcamus secundo de punctis vocalibus, quæ correspondent vocali.e. quorum primus çere est principalis, sed çegol, & seua minus principales. Differt autē çere à çegol tum in prolatione, quia sonus çegol est morosior sono çere in aliquibus dictionibus. tum quia aliquæ dictiones easdem litteras substātiales habentes mutant significationem propter horum punctorum varietatem. nam hæc dictio אֵל el cum çere significat deum. & eadē cū çegol אֶל est articulus datiui casus, vt אֶלָּאִישׁ idest datiuo viro. Differt etiā çere à seua in hoc, quod mutant aliquarum dictionū significationem, vt hæc dictio מֵתִים methim cum çere in principio significat mortuos, cum seua מְתִים viros. Item çegol chatheph ponitur communiter pro.e. in litteris gutturalibus sicut pathac chateph. vt supra dicebatur. ¶ De seua.

HEbræi dicunt, quod seua_ non est pūctus vocalis, sed ponitur ad seruiendum aliis punctis, quod verum non est quando seua ponitur in principio dictionis. tunc enim valet pro.e. vt supra diximus. Quando autem ponitur in medio dictionis, tunc non est vocalis, sed denotat, quod illa littera, cui subscribitur, colligēda est à syllaba eam præcedente, & non facit per se syllabā more aliorum punctorum, vt etiam superius dictum est. vt אַבְקוֹד

ephquod,

UVA. BHSC. IyR_123

ephqod, ideſt viſitabo מִרְיָם miriam, ideſt Maria. ¶ Hæc tamen regula patitur tres exceptiones. Prima, ſi littera, cui ſubſcribitur ſeua, habeat punctum dagues, tunc enim ſeua eſt vocalis. e. & facit perſe ſyllabā, vt אִתְּכֶם ithechem, ideſt vobiſcum. Secunda, ſi duo ſeua ſibiipſis immediate ſuccedant, nam tunc ſecūdus eorum profertur vt. e. & primus recolligitur, vt יִפְקְדוּ iphqedu, ideſt viſitabūt. Tertia ſi eadem littera geminatur in vna dictione, tunc ſi prima earum habeat ſeua, profertur vt הַלְלוּיָהּ aleluia, ideſt laudate dñm. & huius ratio eſt, vt vtraque illarū litterarū ſonet in prolatione, quod alias non fieret, & quia talis dictio haberet aliam ſignificationem. Si tamen ſecunda geminarum litterarum haberet ſeua, colligitur, & non profertur. vt רוֹמְמֻתֵם romamtem, ideſt exaltaſtis. ¶ Dicūt etiam hebræi, quod ſeua profertur aliquando pro vocali i. vel. a. nam ſi poſt ſeua immediate ſequatur iod cum quocunque alio puncto vocali, tunc ſeua profertur pro vocali. i. vt בְּיַד biiad, ideſt in manu, & בְּיוֹם biion, ideſt in die. Si autem littera, cui ſubſcribitur ſeua, habeat accētum dictionis, tunc ſeua legitur pro vocali. a. vt אַשְׁרֵי הָאִישׁ aſſare haiſ, ideſt beatꝰ vir. in principio primi pſalmi, quia accentus eſt in littera ſin, cui ſubſcribitur ſeua. Huius regulæ ratio eſt, quia vt diximus ſeua non eſt punctus vocalis ex ſua natura, ideo eſt multipliciter variabilis, & ponitur pro diuerſis punctis. ¶ De ſureq.

DVo ſunt genera puncti vocalis de. u. qui vocatur ſureq alterum habet tria puncta velut per ſcalas deſcendentia hoc modo, appellatúrque קִבּוּץ שְׁפָתַיִם

UVĀ. BHSC. IyR_123

qibuç çephathaim, ideſt cõiunctio labiorum, alterũ cum litteræ vau apponitur pũctum ad latus, ſicut dagues hoc modo וֹ Hęc autem differũt inter ſe per hoc, quod prior ſureq nũquàm ponitur in fine dictionis, ideſt niſi alia littera ſequatur, poſterior vero ſureq venire poteſt in quocunque loco indifferenter, ideſt in principio, medio, & fine dictionis. ¶ De dagues.

ISte punctus licet non ſit vocalis, tamen multa habet officia in lectura hebraica. Primum eſt, de quo dixi/mus ſupra in capitulo ſecũdo parrafo quinto. Secundum de quo dictũ eſt ſupra in capitulo tertio parrafo de ſeua, ſcilicet ad hoc quod proferatur ſeua & non ſupprimatur. vt Exodi.ıç. מְקַדֶּשׁ יְהוָה miqedas iehoua, ideſt templũ domini. quod alias proferretur miqdas. Et hoc dicit fieri euphonie cauſa. quoniã lectura hebraica eſt ſuauior & melior vehemẽtioribus litteris per dagues. Tertiũ eſt ad ſupplementũ alicuius præcedẽtis litteræ, quæ deficit, & ſup/pletur ꝑ dagues. vt נָגַשׁ nagas. i. acceſſit. qđ verbũ in futuro habet תִּגַּשׁ thigas, & deberet legi thingas, ſed ſupplet̃ littera nun per dagues. Quartũ eſt ad mutandũ dictionis ſignificationem. vt אִמָּה ama. ſi littera mem nõ habet dagues, ſignificat ancillã, ſi habeat dagues, ſignificat cubitũ. Itẽ יָמִים iamim ſine dagues eſt dies, cũ dagues eſt maria pluraliter. Quintũ eſt ad oſtẽdẽdã vehemẽtiã locutionis, & operationis, qđ maxime apparet in verbis ſecũdæ cõiugationis. vt פָּקֹד piqqed. i. viſitauit. de hoc tamẽ alias plenius dicetur. ¶ Eſtque notandũ quinq; litteras finales nõ recipere dagues excepta littera ך chaph, q̃ aliquãdo reci/

UVA. BHSC. IyR_123

recipit dagues, & tūc ſonat ad modū qoph exilis. Exēplū huiꝰ habeꝫ Pſal. 117. אֵלִי אַתָּה וְאוֹדֶךָּ אֱלֹהַי אֲרוֹמְמֶךָּ idest deus meus es tu, & cōfitebor tibi, deus meꝰ es tu, & exaltabo te. Sciendū etiā, quod littera nun finalis quādo ſcribiꝫ cum cameç, poteſt dupliciter ſcribi. Aliquādo eñ cameç ſequitur litterā, & hoc clarū eſt, & magis proprīū. quādoqꝫ vero ex imperitia ſcriptorū pūctus ille præcedit litterā nun, & ponitur ſub alia littera præcedēte, & tūc dubium eſt quādo ille pūctus ꝑtineat ad litterā nun, & quādo ad aliā præcedentē. ſed hoc ſic declaratur. Quādo eñ pūctus cameç ponitꝫ indirecto aliorū pūctorū, tūc ꝑtinet ad litterā, quę præcedit nun, ſed quādo idē pūctus ſcribiꝫ paulo inferior, pertinet ad litterā nun. vt Geñ. 19. וַתְּהַרְיָן vathaharena. i. cōceperūt מִדְיָן midian. i. madian ꝓuincia.

¶ Caꝑ. quartum de accentu, & punctis.

VLtimo dicam? de accētib? hebraicis, & pūctuatione. Licet accētus, qui eſt ſyllabæ ꝓnūciatio eleuata vel depreſſa, ſit cōmunis ꝓprietas omniū linguarū, & græci, atqꝫ latini tres diſtinguant accētus, acutū, grauē, & circūflexū, tamē ſolus accētus acutus dicitꝫ accētus dictionis & quaſi forma eius, alii vero dicūtur potius accētus ſyllabarum. In hebræo autem idiomate licet nuſquàm reperiatur accentus circūflexus, tamen prçter acutum & grauem multi alii accentus reperiuntur differentium figurarum & nominum, quos hebræi vocant טְעָמִים teha-mim, idest ſapores. Et horum quidam ſcribuntur ſuper dictionem, alii infra eam, item alii in principio dictionis, alii in medio, alii in fine, vt inferius patebit.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Hi accentus seruiunt ad tria. Primum officium est sicut apud Latinos, & Græcos ad eleuandum, vel deprimẽdum syllabas dictionum: vt conuenienter proferatur vna quæque dictio. Et specialiter loquendo de accentu acuto, qui est accentus dictionis: sciendum, quod ille tam in hebræo, quàm in quocunque alio idiomate sæpius mutat significationem dictionis, ex eo quod ipse accentus mutatur ab vna syllaba in aliam, vt שָׁלַח salach, si accentus ponatur in vltima syllaba, significat mittere: si autem in prima, significat genus armorum quod dicitur telum. Mutat etiam idem accentus mutatus nomen in verbum, & econtra, vt patet in exemplo premisso, & hic בָּעַל bahal si acuatur vltima, est verbum nubere, vel dominari: si autem eleuetur prima syllaba, est nomen, scilicet maritus &c.

¶ Secũdum officium accentus hebraici est ad cantum sacræ scripturæ, quàm hebræi in suis synagogis cantare solent, eo modo quò Christiani in ecclesiis vtuntur notis illis, vt re mi fa sol la, ita hebræi istis accentibus figuratis. sed in hoc cãtu habebant multas varietates iuxta varias materias librorum bibliæ. Nam Penthateuchus & libri historici cantabãtur modo plano, & leni. Libri prophetales modo seuero, & satyrico, & adhuc fortius lamentationes Hieremiæ, & Iob. Psalterium autem modo contemplatiuo, & graui. Prouerbia modo plano, & consiliatiuo, Cãtica modo alacri, & iocũdo. Ecclesiastes autem modo seuero. sed ad hoc bene intelligendum opus esset experientia viuæ vocis eorum. ¶ Tertium officium accentus hebraici est ad ordinandum pausas, & clausulas medias, & integras.

UVA. BHSC. IyR_123

integras. Nam pro mediis clausulis vtebantur communiter huiusmodi figuris accentuū סְגוֹלְתָא רְבִיעַ זָקֵף קָטֹן pro clausula vero integra, ideſt pro fine clauſulæ ponebant hanc figuram accentus, quam vocant סוֹף פָּסוּק ſoph paçuq. Eſt tamen quidam accentus hebraicus nomine מַקַּף maqaph, qui ad nullum trium prædictorum officiorū deſeruit, ſed tantū ad coniungēdas dictiones orationis inter ſe, maxime quādo altera earū eſt monoſyllaba, vt Geñ. 1. וַיְהִי־אוֹר וַיְהִי־אוֹר ideſt ſit lux, & fuit lux. Et ita in multis aliis locis.

¶ Ad maiorem autem noticiam horum accentuum notandum eſt, quod omnes illi habent differentes figuras à punctis vocalibus & aliis prædictis, exceptis tribus iam dictis, ſcilicet çegulla, rabiach, & zaqeph qaton. nam çegulla aſſimilatur çegol, ſed zaqeph qaton appareret ſeua. Sed eorum differentia hæc eſt, quia çegol & ſeua ſemper ſcribūtur ſub litteris, ſed iſti duo dicti accētus ſemper ſupra litteras ponuntur. Rabiach item aſſimilatur pūcto cholem, ſed differt ab eo in hoc, quia ſemper cholem ſcribitur in extremitate ſiniſtra litterę. ſed iſte accētus ſemp ſcribitur ſuperi⁹ in medio litteræ. Sequūtur exēpla. זָקֵף קָטֹן zaqeph qaton רָבִיעַ rabiah סְגוֹלְתָא çegulla.

¶ Ad habendum autem perfectam noticiam omnium accentuum hebraicorum, ponuntur hic eorum nomina & figuræ ſecundum vſum Hiſpanorum hebræorū, apud quos vigebat rectiſſima pronunciatio, lectura, & tota grā matica hebraica, maxime Toleti, Ceſarauguſtæ, & Zamoræ. Et ſunt quæ ſequuntur.

UVA. BHSC. IyR_123

זַרְקָא מַקַף־שׁוֹפַר הוֹלֵךְ סְגוּלָּה פַּזִּיר
גָּדוֹל יָרֵחַ בֶּן יוֹכוֹ קַרְנֵי פָּרָה ׃
וַתְּלִשָׁא תְּרֵעָה אֶזְלָא גְּרִישׁ שְׁנֵי גְּרִישִׁין
פַּסֵּק ׀ רָבִיעַ שׁוֹפַר מְהוּפָךְ קַדְמָא
תְּרִין קַדְמִין יְתִיב זַקֵף קָטוֹן ׀
זַקֵף גָּדוֹל מַאֲרִיךְ טַרְחָא אַתְנַח
שַׁלְשֶׁלֶת תְּרֵי טַעְמֵי דַּרְגָּא תְּבִיר
סוֹף פַּסּוּק׃

¶ Verum in tribus libris, qui sunt Iob/Psalterium, & Prouerbia cum eorū cantus esset valde differens ab aliis, aliqui istorum accentuum mutantur, maxime duo, quia pro çegulla sæpius ponitur maqel מַקֵּל & pro thirça vel thalsa ponitur çinoreth צִנּוֹרֶת. ¶ Et sic est finis primi libri harum introductionum grammaticę Hebraicæ, quę de modol egendi, & pronunciandi inscribebatur.

Sed

UVA. BHSC. IyR_123

Sed ad faciliorem vsum omniū regularum prędictarum, subnectemus hic duas orationes communes Christianorum hebraice scriptas, scilicet Pater noster, & Aue maria.

¶ Pater noster.

regnū tuū adueniat nomē tuū sanctificet̄ q es ī celis pr̄ nr̄
אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם יִתְקַדַּשׁ שִׁמְךָ יָבֹא מַלְכוּתֶךָ
panē nr̄m in terra, et in cœlo sicut volūtas tua fiat
וְיֵעָשֶׂה רְצוֹנְךָ כְּמוֹ בַשָּׁמַיִם גַּם בָּאָרֶץ לַחְמֵנוּ
debita nr̄a nobis & dimitte hodie nobis da cotidianū
תְּמִידִי תֵּן לָנוּ הַיּוֹם וּסְלַח לָנוּ אַשְׁמוֹתֵינוּ
nos ĩducas & ne debitorib⁹ nr̄is dimittim⁹ & nos sicut
כְּמוֹ שֶׁאָנוּ סוֹלְחִים לְאַשְׁמֵינוּ וְאַל תְּבִיאֵנוּ
Amē a malo libera nos sed in tētationē
בְּנִסָּיוֹן אֲךָ הַצִּילֵנוּ מֵרָעָה אָמֵן׃

¶ Aue maria.

benedicta tecū dn̄s gr̄a plena maria Aue
שָׁלוֹם לָךְ מְרִים מְלֵאת חֵן יְהוָה עִמָּךְ בְּרוּכָה
sancta ieſus vētris tui fruct⁹ & bn̄dict⁹ ī mulierib⁹ tu
אַתְּ בַּנָּשִׁים וּבָרוּךְ פְּרִי בִטְנֵךְ יֵשׁוּעַ קְדוֹשָׁה
Amē pct̄oribꝰ p nobis ora dei mater maria
מְרִים אֵם הָאֱלֹהִים הִתְפַּלְלִי בַּעֲדֵנוּ חַטָּאִים אָמֵן׃
pleni ſunt ſabaoth deus dn̄s ſanct⁹ ſanct⁹ ſanctus
קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת מָלְאוּ

UVA. BHSC. IyR_123

benedictꝰ in excelsis osanna gloria tua & terra cœli

שָׁמַיִם וָאָרֶץ כְּבוֹדֶךָ׃ הוֹשַׁע נָא בַּמָּרוֹם׃ בָּרוּךְ

Aleluia. dñi in noie q venit

הַבָּא בְּשֵׁם יְהוָה׃ הַלְלוּיָהּ׃

Iudæorum Rex Nazarenus Iesus

יֵשׁוּעַ נוֹצְרִי מֶלֶךְ יְהוּדִים׃

ascēdet de radice eiꝰ & flos iesse de radice virga & egrediet

וְיֵצֵא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשַׁי׃ וְנֵצֶר מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה׃

℄ Significationes nominum litterarum hebraicarum.

א Doctrina vel mansuetudo.
ב Domus.
ג Retributio vel plenitudo.
ד Paupertas vel tabula.
ה Esse vel eæ vel ecce.
ו Principium vel charitas.
ז Nutritio vel arma.
ח Vita vel contritio vel descensio.
ט Lutum vel scopa.
י Laus vel manus vel confessio.
כ ך Humiliatio vel palma manus vel nubes.
ל Doctrina vel disciplina.
מ ם Aliquid vel ex his.
נ ן Filiatio vel eternum vel progenies.
ס Coniunctio vel appositio vel sustentatio.
ע Oculus vel fons.

UVA. BHSC. IyR_123

פ ף Os oris vel hic loci.
צ ץ Iustícia vel iustus.
ק Circundatio vel fortificatio.
ר Paupertas vel principium.
שׁ Mutatio vel secundatio.
ת Signum vel stupor syriacæ.

¶ Sunt adhuc præter has nominum istorum interpretationes, quædam aliæ minus tamen vsitatæ, quas oportet ex vocabulario Hebraico excerpere.

¶INCIPITVR SECVNDVS LIBER harum introductionū grāmaticæ Hebraicæ, de nominū, pronominū, & verborū declinatione, atq; coniugatione.

¶ Cap̄. primum de genere nominum.

QVia iam dictum est, quemadmodum ex litteris fiant syllabæ, & ex syllabis dictiones, iam opus est, vt declaremus qualiter ex dictionibus construātur orationes, qua de causa ipsę dictiones vocantur partes orationis. Et licet græci, atque latini plures ponant partes orationis, ideſt modos dictionum, hebræi tamen solis tribus orationis partibus contenti sunt, quas vocant שֵׁם פֹּעַל מִלָּה sem pohal & milla, ideſt nomen verbum, & dictionem. nam ad nomen reducunt pronomen, sed participium ad nomen simul & verbum. per milla omnem dictionem indeclinabilem intelligunt, ideſt Præpositionē, Aduerbium, Interiectionem, & Coniunctionem. Et hūc modum quasi magis naturalem sequutus est Aristoteles in sua logica, qui solum posuit nomen, & verbum, atque sincha-

UVA. BHSC. IyR_123

ſincatẽgoreuma,ideſt conſignificationẽ, ideſt dictionem.

¶ Incipiamus igitur dicere de nomine.& dimiſſis omnibus his, in quibus hebræi cum græcis,& latinis concordant, quia illa nobis ſunt notiſſima, ſcilicet diffinitio nominis,diuiſio eius per ſubſtãtiuũ & adiectiuũ, atq; ſex nominis ꝓprietates,ſcilicet qualitas,genus,ſpecies,numerus,figura,caſus, ſeu declinatio, ſolũ declarabim⁹ ea,quæ ꝓpria ſunt hebræo idiomati, & quæ ex græcis & latinis ſciri nõ poſſunt. Hæc ſunt maxime quattuor,genus,declinatio,numerus,& caſus. ¶ Genera nominũ apud hebræos licet poſſent quinq; diſtingui, ſcilicet maſculinũ, fœmininum,cõmune duorum,dubium,& promiſcuum, quia neutro genere carent, tamẽ omnia ad duo genera reducũtur videlicet maſculinũ & fœmininũ.de quibus ſolis dabũtur regulæ artis.Maſculinum genus vocant hebræi זָכָר zachar,fœmininum נְקֵבָה neqeba. Ad horum genera cognitionem dantur tres regulæ principales.

¶ Prima eſt naturalis per ſexum in animalibus,ſcilicet quod nomina maſculorũ ſiue propria, ſiue cõmunia ſunt generis maſculini.vt אַבְרָהָם abraham אִישׁ .is. ideſt vir Et nomina fœminarũ ſiue propria, ſiue cõmunia ſunt generis fœminini.vt שָׂרָה ſara אִשָּׁה iſſa,ideſt mulier.Et nomina rerum vel proprietatũ,quæ conueniunt tam maſculis quàm fœminis,ſunt communia duorum generum.vt אָדָם adam, ideſt homo חַיִל chail, ideſt fortis, ſed hæc notiſſima regula eſt apud omnes,quia vero ſunt quędam alia nomina aliarum rerum in quibus nullus eſt ſexus, ideo dantur aliæ regulæ de genere.

Secũda

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Secūda regula eſt per terminationem, ſcilicet quod omnia nomina hebraica terminata in aliqua iſtarum triū litterarū אתה aleph,he,thau,cōmuniter ſunt generis fœminini.vt צבא çaba, ideſt militia צמא çama, ideſt ſitis ברכה beracha, ideſt benedictio תורה thora.i. lex אות oth,ideſt ſignū vel littera שבלת ſiboleth,ideſt ſpica. Nomina vero deſinētia in quācunq; aliam litterā hebraicam cōmuniter ſunt generis maſculini.vt בכור bechor, ideſt primogenitus.Sed iſta regula multas patitur exceptiones, maxime pro ſecunda eius parte de maſculinis, quia plæraque talium nominum inueniuntur ſæpius adiuncta nominibus adiectiuis aut verbis, vel participiis fœmininis, ideſt quæ terminantur in aliqua illarum trium litterarum generis fœminini. nam tunc illa nomina ſunt fœminina. & eadem erunt maſculina ſine illis litteris finalibus in ſe vel in ſuis adiunctis. vt Eccleſiaſtes primo וזרח השמש ideſt oritur ſol. ibi aſſemes eſt generis maſculini,quia verbum eius zarach eſt maſculinū, vt patet ex littera finali. ſed Naū.3. שמש זרחה .i.ſol ortus eſt.ibi ſemes eſt fœminū,quia verbū ei9 zarcha eſt fœmininū quia terminaē in he.Itē tertii Regū.19. ורוח גדולה וחזק מפרק הרים ideſt ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes.vbi illud nomē ruach, ideſt ventus habet tria adiectiua.primū fœmininū, ſcilicet gedola,ideſt grādis quia terminatur in littera he, alia duo ſunt maſculina.ſ.vechazaq. i. & fortis mephareq.i.ſubuertēs quia terminātur in aliis litteris &c.

¶ Tertia regula de cognitione generis nominum eſt, per terminationem numeri pluralis.quia nomina maſculina

UVA. BHSC. IyR_123

lina communiter in plurali terminantur in. im. fœminina vero in. oth. vt אִישׁ אִישִׁים ideſt vir viri. אִשָּׁה אִשּׁוֹת ideſt mulier mulieres. דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum verba. תּוֹרָה תּוֹרוֹת ideſt lex leges. Sed hæc regula non eſt vſquequaque vera, nam patitur plærunque exceptionem, vt in declinatione nominis dicemus. Aduerte hic quod in nominibus animalium, quæ habent ſexum, de quibus in prima regula ſupra, omne nomẽ maſculinũ poteſt formare de ſe fœmininum terminatum in littera. he. vt נַעַר נַעֲרָה ideſt puer puella פֶּרֶד פִּרְדָּה mulus mula. זָקֵן זְקֵנָה ideſt vetulus vetula פָּר פָּרָה taurus vaca.

¶ Notandum etiam, quod in nominibus animalium brutorum, ideſt quadrupedum, & volatilium ſunt quædam nomina generis promiſcui hoc eſt, quæ ſub vno genere ſignificant maſculum, & fœminam, vnde & talia nomina quandoque inueniuntur adiuncta adiectiuis vel verbis maſculinis, quandoque fœmininis. vt בָּקָר bos יוֹנָה columba נֶשֶׁר aquila גָּמָל camellus צִפּוֹר paſſer עוֹרֵב coruus, Et ita de multis aliis ſine numero.

¶ Cap. ſecundũ de declinatione nominum.

DEclinationes nominum apud Hebræos, ſicut & apud Hiſpanos, & quoſdam alios non variantur per caſus, ſed ſolum per numeros. quia nominis terminatio in omnibus caſibus numeri ſingularis eſt eadem, ſed variatur in numero plurali. quæ variatio duplex eſt, vt iam diximus in tertia regula generis, ideo duæ tantũ ſunt nominum hebræorum declinationes. ¶ Prima eſt nominum maſculinorum, quorum numerus pluralis termi-

natur

UVA. BHSC. IyR_123

tur in. im. a quacunque numeri singularis terminatione. Quæ formatio duobus modis fieri potest. Primo addita syllaba. im. super numerum singularem. Secundo mutata vltima littera singulari in. im. vt חֵץ חִצִּים ideſt sagitta sagittę שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים ideſt spica spicæ. ℂ Secunda declinatio est nominum fœmininorum mittentium pluralem numerum in. oth. a quacunque singularis numeri terminatione. Quæ etiam formatio duobus modis fieri solet, aut addita syllaba. oth. aut vltima littera mutata in. oth. vt צָבָא צְבָאוֹת militia militiæ מִלָּה מִלּוֹת dictio dictiones. vnde ex hoc exemplo de milla. habes quod quando vltima nominis littera fuerit he illa excluditur in formatione prædicta numeri pluralis in im. vel in oth. vt שָׁנָה שָׁנִים שָׁנוֹת ideſt annus anni. Sed ab hac regula declinationum, atque etiam à tertia regula generis superius posita, excipiuntur quędā nomina. nam sunt quędam masculina mittentia pluralem numerum in. oth. & quædam fœminina in. im. alia denique tum masculina, tum fœminina, quæ implurali vtranque habent terminationem hoc est in. im. & in. oth.

ℂ Masculina in. oth. sunt hæc fere.

אָב אָבוֹת	Pater patres.
בְּכוֹר בְּכוֹרוֹת	Primogenitus primogeniti.
חֲלוֹם חֲלוֹמוֹת	Somnium somnia.
מָאוֹר מְאוֹרוֹת	Luminare luminaria.
מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת	Altare altaria.
מָטָר מְטָרוֹת	Pluuia pluuiæ.
מָקוֹם מְקוֹמוֹת	Locus loca.

Taber/

UVA. BHSC. IyR_123

מִשְׁכָּן מִשְׁכָּנוֹת Tabernaculum tabernacula.
סִיר סִירוֹת Olla ollæ.
קָהָל קְהִלּוֹת Eccleſia eccleſiæ.
קוֹל קוֹלוֹת Vox voces.
קִיר קִירוֹת Paries parietes.
שָׂדֶה שָׂדוֹת Campus campi.
שֵׁם שֵׁמוֹת Nomen nomina.

¶ Fœminina in.im.ſunt hæc fere.

אֶבֶן אֲבָנִים Lapis lapides.
אֹזֶן אָזְנַיִם Auris aures.
אֵלָה אֵלִים Quercus quercus.
אֲלֻמָּה אֲלֻמִּים Manipulus manipuli.
אֵימָה אֵימִים Timor timores.
אִשָּׁה נָשִׁים Mulier mulieres.
בֵּיצָה בֵּיצִים Ouum oua.
דְּבֵלָה דְּבֵלִים Carica caricæ.
דְּבוֹרָה דְּבוֹרִים Apis apes.
דֶּרֶךְ דְּרָכִים Via viæ.
חִטָּה חִטִּים Triticum tritica.
יַעֲנָה יְעִינִים Strutio ſtrutiones.
כֻּסֶּמֶת כֻּסְּמִים Far farra.
לְבֵנָה לְבֵנִים Later lateres.
מוֹפֵת מוֹפְתִים Miraculum miracula.
נְמָלָה נְמָלִים Formica formicæ.
סְאָה סְאִים Menſura menſuræ.
עַיִן עֵינַיִם Oculus oculi.
עִיר עָרִים Ciuitas ciuitates.
פִּילֶגֶשׁ פִּילַגְשִׁים Concubina concubinæ.

Mani

UVA. BHSC. IyR_123

צְבֶת צְבָתִים Manipulus manipuli.
רָחֵל רְחֵלִים Ouis oues.
שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים Spica ſpicæ.
שׁוֹשַׁנָּה שׁוֹשַׁנִּים Roſa roſæ.
שָׁנָה שָׁנִים Annus anni.
שְׂעֹרָה שְׂעֹרִים Ordeum ordea.
תְּאֵנָה תְּאֵנִים Ficus fici.

¶ Maſculina & fœminina in. im. & in. oth.

אֵימָה אֵימִים אֵימוֹת Timor timores.
אִמְרָה אֲמָרִים אֲמָרוֹת Verbum verba.
דּוֹר דּוֹרִים דּוֹרוֹת Generatio generationes.
דֶּלֶת דְּלָתַיִם דְּלָתוֹת Ianua ianuæ.
חָצֵר חֲצֵרִים חֲצֵרוֹת Villa villæ.
מִלָּה מִלִּים מִלּוֹת Dictio dictiones.
מָעְיָן מַעְיָנִים מַעְיָנוֹת Fons fontes.
עָוֹן עֲוֹנִים עֲוֹנוֹת Peccatum peccata.
פִּנָּה פִּנִּים פִּנּוֹת Angulus anguli.
צֶלַע צְלָעִים צְלָעוֹת Latus latera.
קֶרֶן קַרְנַיִם קַרְנוֹת Cornu cornua.
שָׁנָה שָׁנִים שָׁנוֹת Annus anni.

Poſſibile eſt autem, quod ſacram ſcripturam legentes quædam alia nomina irregularia inueniant præter hæc, ſed iſta ſufficiant exempli gratia.

¶ Sed circa formationem ſupradictam nominum regularium à ſingulari numero in pluralem notandum, quod plærunque præcedentium ſyllabarum vocales mutantur, ſed non ſemper vno modo. pro qua varietate dantur iſtæ tres regulæ.

Prima

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Prima regula est, quod nomina monosyllaba quæ habent çere in principio mutãt vocalẽ.e.in.i.vt חֵץ חִצִּים ideſt ſagitta ſagittæ נֵס נִסִּים ideſt vexillum עֵז עִזִּים ideſt hircus ſiue capra עֵת עִתִּים ideſt tempus ſiue hora .i. nidus קֵן קִנִּים .i. finis קֵץ קִצִּים .i. dens. שֵׁן שִׁנַּיִם Sed ab hoc genere nominum excipitur hoc nomen.ben. ideſt filius quod mutat. e.in.a. vt בֵּן בָּנִים . ¶ Alia iſtorum mutant alias vocales in alias.vt יוֹם יָמִים ideſt dies עִיר עָרִים ideſt ciuitas צַד צְדָדִים ideſt latus . Sed tria ſunt monoſyllaba quæ nõ mutant.vt עֵד עֵדִים ideſt teſtis teſtes עֵץ עֵצִים ideſt lignũ ſiue arbor .i. nomẽ. שֵׁם שֵׁמוֹת Et præter hæc pauca alia reperies monoſyllaba hebraica,ſi qua tamẽ forte apparuerint,ex analogia pręcedẽtiũ formabunt,exceptis his,q̃ inter irregularia poſita ſũt.

¶ Secunda regula eſt,de nominibus duarum ſyllabarum,quod illa cuiuſcunque ſint generis, plærunque mutant vocalem in vocalem. vt דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum חֵלֶק חֲלָקִים ideſt pars. Sed excipiuntur nomina hebraica, quæ habent ſimilitudinem cum his dictionibus nihil ſignificantibus פָּעַל פָּעֵל פָּעוֹל פִּיעוֹל פּוֹעַל פּוֹעֵל quoniam nomina, quæ ſequuntur proportionem harum dictionum, non mutant vocalem à ſingulari numero in pluralem.vt זְאֵב זְאֵבִים ideſt lupus lupi . quod ſequitur proportionem dictionis פָּעַל & ad hanc rationem reducuntur alia plura nomina biſſyllaba.Verumtamen nomina habentia ſimilitudinem cum illa dictione פָּעוֹל ſi in littera media non habuerint dagues, mutant primã vocalem in aliam.vt בָּרוּךְ בְּרוּכִים

ideſt

UVA. BHSC. IyR_123

ideſt benedictus benedicti, ſed ſi habuerint dagues, nihil mutant. vt אַלּוּף אַלּוּפִים .i. dux duces סַבּוּר סַבּוּרִים ideſt vmbilicus vmbilici תַּנּוּר תַּנּוּרִים ideſt furnus furni תַּפּוּחַ תַּפּוּחִים ideſt malus mali. vel malum mala. Etiã quando prima dictionis littera eſt aliqua ex quattuor gutturalibus ſubſcripta cũ apice cameç, vel pathach, nihil mutant, ſiue habeant dagues in media littera, ſiue non, vt חָרוּץ חֲרוּצִים ideſt ſollicit? ſolliciti עָמוּד עֲמוּדִים ideſt colũna colũnæ. Nomina quoq; huiꝰ ordinis deſinẽtia in he plærũq; nihil mutant. vt שָׂדֶה שָׂדוֹת .i. cãpus campi.

¶ Tertia regula eſt de nominibus polliſyllabis, ideſt trium aut plurium ſyllabarum. quod talia nomina plærunque nihil mutant. vt תְּאֵנָה תְּאֵנִים ideſt ficus fici. Dixi plærunq;, quia poterit inueniri exceptio contra hãc regulã. vt יַעֲנָה יְעֵנִים .i. ſtrutio ſtrutiones, & ſicde aliis.

¶ Cap. tertium de numeris nominum.

NVmerus cõmunis proprietas eſt quattuor partium orationis declinabilium, quæ ſunt Nomen, Pronomen, Verbum, & Participiũ. Et licet apud latinos ſit tantum duplex numerus ſingularis, & pluralis, tamẽ Hebræi ſicut & Græci tertium habent numerum, ſcilicet dualem. Verum hoc nõ niſi in ſolo nomine, nam verbum, & participium, atque pronomen ſolos duos habent numeros ſingularem, & pluralem. nomen autem habet tres numeros. Singularis numerus hebraicæ dicitur לָשׁוֹן יָחִיד hoc eſt lingua vnius. vt אִישׁ אִשָּׁה ideſt vir mulier. De cuius numeri terminatione nulla eſt certa regula, eo quod ſit principium. Exceptis nominibus fœmininis terminatis

C

UVA. BHSC. IyR_123

tis in aliqua illarum trium litterarum אַתָּה de quibus in præcedenti capitul.de genere dictū est. A nomine masculino singulari formantur & plurale masculinū & singulare,atq; plurale femininū, de qua formatione etiā dixim? in.2.cap.¶Dualis vero numer? hebraice dr לְשׁוֹן שְׁנַיִם ideſt lingua duorū. Et terminatur semper in.im.siue nomen sit masculinū,siue femininū.& formatur a singulari numero addita syllaba.im.vel vltima littera mutata in.im. Et talia nomina dualia semper habent accentū in penulti ma syllaba,quæ subscribitur cū vocali pūcto de.a.cameç, vel pathach. Et oia fere huiusmodi nomina significāt res binas,ideſt quæ semp duæ iūctæ reperiūtur.vt יָד יָדַיִם ideſt manus man? אֹזֶן אָזְנַיִם .i.auris aures עַיִן עֵינַיִם ideſt oculus oculi רֶגֶל רַגְלַיִם .i. pes pedes אַף אַפַּיִם ideſt naris nares. ¶Pluralis deniq; numer? hebraice dicitur לְשׁוֹן רַבִּים .i. lingua multorū,de cui? terminatione pariter & formatione tam in nominib? masculinis, q̄ in femininis iā dixim? in cap.de genere.vt אִישִׁים אִשּׁוֹת ideſt viri mulieres. Sed aduertendū,quod sunt quædā nomina,q̄ in numero singulari habēt similē terminationē sicut noia dualia,vel pluralia masculina,quia terminant in. im.vt תָּמִים .i.innocēs קָדִים .i.subsolan? vētus מִצְרַיִם .i. ægyptus לוּדִים nomē ꝓprīū viri. Aduertēdū tamē,qđ aliquādo ab huiusmodi noib? desinētib? in.im.aufert p apocopē mem finalis,& tūc accipit tale nomē terminationem ꝓnois primæ ꝓsonæ vel singularis,vel pluralis. Exē plū primi.2.Reg.22. וְתְפַלְּטֵנִי מִרִיבֵי עַמִּי .i.& liberabis me a cōtradictionib? populorū.pro quo tamē beat? Hieronym?

UVA. BHSC. IyR_123

ronym? trāſtulit populi mei, denotās, qđ dictio hammi ſit nomē cōpoſitū cū pronoie primæ pſonæ in numero ſin gulari. Sed clari? exemplū eſt illud. 2. Regū. 23. vbi dicitur רֹאשׁ הַשָּׁלִישִׁי .i. princeps ducū exercitus. Exēplū ſecūdi Hiere. 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנַי hoc eſt, q aperuit ſibi feneſtras, vbi dixit challonai pro challonim. Itē eſt alia exceptio, qa aliquādo hæc noia mutāt mem finalē in nun. vt Eze. 4. קַח לְךָ חִטִּין .i. accipe tibi tritica. & Danie. 12. לְקֵץ הַיָּמִין .i. in fine dierū. Illud quoq; notādū, eſſe quædā noia dua liter, aut pluraliter declinata in. im. deſinētia, q̄ carēt nume ro ſingulari, cuiuſmodi ſunt, quæ ſequūtur חַיִּים .i. vitæ מְאֹזְנַיִם .i. mixta מַיִם aquę .i. ſtathera כְּלָאַיִם .i. facies פָּנִים forcipes מֶלְקָחַיִם .i. meri brachæ צָהֳרַיִם .i. dies רַחֲמִים .i. moiç שָׁמַיִם .i. cœli &c. Et ī huiuſmodi noib? pluraliter declinatis etiā intelligitur numerus ſingularis, niſi eis adiūgatur adiectiuū, verbū aut participiū determi nans certū numerū. vt Pſal. 93. מַיִם רַבִּים .i. aquæ multæ. vt Geneſis. 18. מְעַט מַיִם .i. parū aquę. Sunt ediuerſo alia noia, quæ carēt numero plurali cuiuſmodi ſunt, q̄ ſequū tur & fortaſſe alia plura גְּרָה .i. granū הִין .i. mēſura חֹם .i. calor חֹמֶץ acetum חֹרֶב ſiccitas יַיִן vinum יָרֵחַ luna פּוֹל faba צֹאן ouis קוֹר frigus קַיִץ .i. ver שֶׁמֶשׁ ſol תֹּבֶל mūdus. Et licet in ſacra ſcriptura nō reperiatur plu ralis numerus iſtorū nominū, poſſet tamē in eis formari pluralis ex ſingulari ſecundū regulas ſuperi? datas obſer uato genere nominis. Nomina etiā propria hominū, & lo corum carent numero plurali. vt אַבְרָהָם abraham בָּבֶל babilon. Nomina etiam deſinentia in. uth. non habent

UVA. BHSC. IyR_123

in vſu numerū pluralē, quam q̄ poſſem⁹ illud formare, ſi opus fuerit. vt גַּבְהוּת .i. ſuꝑbia יַלְדוּת iuuentus כִּלְמוּת verecundia שִׁפְלוּת humilitas, & in his quia fœminina ſunt, pluralis numerus terminatur in .oth. præcedente littera iod. vt גַּבְהוּיוֹת .i. ſuperbiæ יַלְדוּיוֹת .i. iuuentutes.

¶ Caꝑ. quartum de caſibus nominum.

SErmo hebraicus pręter cōmunem vſum latinorum, & Græcorum non variat caſus nominum per terminationes, quandoquidē omne nomen hebræum eſt inde clinabile per omnes caſus, excepta differentia numeri ſingularis, & pluralis, de qua ſuperius dictum eſt. Ad cognoſcendum ergo in quo caſu ponitur quodlibet nomen in ſerie orationis hebraicæ ponūtur tres regulæ principales.

¶ Prima regula eſt per conſtructionem nominis cum verbo, vel nominis cum nomine. Nam ſi nomen adiungatur verbo in ratione ſuppoſiti, eſt nominatiui caſus, ſi vero in ratione appoſiti vel perſonæ patientis, eſt accuſatiui, vel alterius obliqui caſus. exemplum אִישׁ אָכַל לֶחֶם ideſt vir comedit panem. clarum eſt quia אִישׁ eſt nominatiuus, & לֶחֶם eſt accuſatiuus. Sed ſi nomen ſubſtantiuū adiungatur nomini ſubſtantiuo, primum eorum eſt nominatiui caſus, & regit poſt ſe alterum in caſu obliquo, ſcilicet genitiuo, vel aliquo alio. exemplū שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד ideſt ſalomon filius dauid. clarum eſt, quod שְׁלֹמֹה eſt nominatiuus, & דָּוִד eſt genitiuus, Et ſic de aliis.

¶ Secunda regula, & tertia ſunt per articulos, vel præpoſitiones, nam quædam ſunt præpoſitiones inſeparabiles, quę ſcilicet adduntur nomini per compoſitionem. alie ſepara-

UVA. BHSC. IyR_123

separabiles, idest additæ nomini per appositionem, & vtrisque illarum vtitur sermo hebraicus ad designandos casus. ¶ Sit ergo secūda regula de præpositionib⁹ insepa rabilibus, quæ sunt istæ quattuor litteræ. הַלְמֵב Prima istarum, scilicet he est articulus nominatiui inquocunque numero, & genere nominis, & subscribitur per vocalem. a. vt הָאִישׁ idest vir הָאִשָּׁה idest mulier הָאֲנָשִׁים idest viri הָאֲנָשׁוֹת idest mulieres. Verumtamen in nominibus pollisyllabis incipientibus a littera. he. vel haim prędictus articulus subscribitur per vocalem. e. çegol. vt הָהָרִים .i. montes הָעָרִים idest ciuitates. Istæ etiam articulus he denotat genitiuum, sed ad cognoscendum cuius casus est nomen habens talem articulū. i. quādo est nominatiui, & quando genitiui casus, recurrendū est ad primā regulā de cōstructione. Aduertendū vero, qđ nomē regens post se genitiuū non scribitur cū isto articulo he. vt Geneſis. 2. תּוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ .i. generationes cœli, & terræ. Nomina quoq; propria hominū, & locorū nō recipiunt prędictū articulū he. neq; possunt immediate post se rege re genitiuū nisi interueniat aliud nomē appellatiuum. vt Deute. 33. מֹשֶׁה אִישׁ הָאֱלֹהִים .i. moyses vir dei. Ex hoc sequitur, quod quādocūq; duo vel plura nomina propria inserie textus immediate iūcta sunt, omnia in eodem casu noiatiuo ponunt̄. vt Exodi. i. רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן לֵוִי וִיהוּדָה idest ruben, simeon, leui, & iudas &c. Secunda littera, scilicet lamed est articul⁹ datiui, Tertia, scilicet mem est ar ticulus ablatiui, Quarta littera, scilicet beth est articul⁹ ef fectiui, idest casus septimi. Accusatiuus non habet arti/

UVA. BHSC. IyR_123

culum inſeparabilē, ſed ſeparabilē, de quo infra dicemus. Vocatiu⁹ eſt ſimilis noīatiuo excepto, qđ fere ſemp ponitur ſine articulo. Cognoſcit⁹ etiā vocatiu⁹ in ſcriptura hebraica per dictionis geminationē, vel triplationē. Exēplū primi. vt Geñ. 22. Abrahā abrahā. Exēplū ſecundi Hiere. 22. Terra terra terra audi verbū dñi. Aliquādo tamē vocatiuus nō geminat dictionē, vt patet in eodē cap. Geneſ. 22. Aduerte tandē pro hac ſecūda regula, qđ ille articulus. he. poteſt poni cū oñib⁹ caſib⁹, ſed poſt litterā ppriā, q̄ eſt articulus illius caſus. Nūc exēplar ponam⁹ in quo omnia prædicta in hac ſecunda regula plane intelligantur.

¶ Singulari numero.

אִישׁ vel הָאִישׁ	Nominatiuo vir.
אִישׁ vel הָאִישׁ	Genitiuo viri.
לְאִישׁ vel לְאִישׁ vel לְהָאִישׁ	Datiuo viro.
אֶת אִישׁ vel אֶת הָאִישׁ	Accuſatiuo virum
אִישׁ אִישׁ	Vocatiuo o vir.
מֵאִישׁ vel מֵאִישׁ vel מֵהָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
בְּאִישׁ vel בְּאִישׁ vel בְּהָאִישׁ	Effectiuo viro.

¶ Plurali numero.

אִישִׁים vel הָאִישִׁים	Nominatiuo viri.
אִישִׁים vel הָאִישִׁים	Genitiuo virorū.
לָאִישִׁים vel לְאִישִׁים vel לָהָאִישִׁים	Datiuo viris.
אֶת אִישִׁים vel אֶת הָאִישִׁים	Accuſatiuo viros.
אִישִׁים אִישִׁים	Vocatiuo o viri.
מֵאִישִׁים vel מֵאִישִׁים vel מֵהָאִישִׁים	Ablatiuo a viris.
בָּאִישִׁים vel בְּאִישִׁים vel בָּהָאִישִׁים	Effectiuo viris.

Et ſic

UVA. BHSC. IyR_123

Et ſecūdū hūc modū explicari debēt caſus oīum aliorū nominū tā maſculinoꝝ, q̄ fœmininoꝝ, & in ſingulari numero, & in plurali. ¶ Tertia regula cognoſcendi caſus nominū eſt p articulos, q ſūt p̄poſitiones ſeparabiles. Etſunt iſtę qnq; שֶׁל אֶל אֵת מִן עִם Prim⁹ articul⁹. ſel. eſt genitiui. Secūdus. el. eſt datiui. Terti⁹. eth. eſt accuſatiui. Quartus. min. eſt ablatiui. Quint⁹. him. eſt effectiui caſus. Noiatiu⁹ autē, & vocatiu⁹ nō habēt articulos ſeparabiles, ſed ſolū inſeparabiles, de quib⁹ ſupra. Et cū his etiā articulis ſeparabilib⁹ pōt poni he articulus inſeparabilis p oēs caſus, poteſt etiā prætermitti & nō poni. ſed quādo ponitur cū eis, ſemper poſtponitur eis. vt patet in hoc exemplo.

אִישׁ vel הָאִישׁ	Nominatiuo vir.
שֶׁל אִישׁ vel שֶׁל הָאִישׁ	Genitiuo viri.
אֶל אִישׁ vel אֶל הָאִישׁ	Datiuo viro.
אֵת אִישׁ vel אֵת הָאִישׁ	Accuſatiuo virum.
אִישׁ אִישׁ	Vocatiuo o vir.
מִן אִישׁ vel מִן הָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
עִם אִישׁ vel עִם הָאִישׁ	Effectiuo viro.

Eodem modo in numero plurali tam in maſculinis, q̄ in fœmininis nominib⁹. Aduertendū, quod ille articulus ſel, qui eſt genitiui raro ponitur in ſacra ſcriptura. Excepto in nominib⁹ cōpoſitis cum pronomine. vt Cāticorū primo כַּרְמִי שֶׁלִּי .i. vinea mea vel mei. vbi nō ſine myſterio addit̄ ille genitiu⁹ ſelli, qui alias videretur ſupfluus. ¶ Sed redeūdo ad ſecūdā regulā de articulis, ſeu p̄poſitionibus inſeparabilib⁹ notandū eſt primo, quod licet illæ quattuor litteræ, aliquando ſint de ſubſtātia nominis, ta-

UVA. BHSC. IyR_123

men quando sunt litterę accidentales, & denotāt casus no minum, cōmuniter littera prima nominis, quæ immedia te sequitur articulum, scribitur cum dagues, maxime quā do he, lamed, & beth, scribūtur cum vocali. a. & mem per vocalem. i. vt הַמָּקוֹם לַמָּקוֹם מִמָּקוֹם בַּמָּקוֹם ideſt lo/ cus loco a loco in loco. ℂ Item quādo nomen aliquod regit poſt ſe genitiuum, articulus datiui lamed, & beth ef fectiui ſcribūtur cum pūcto ſeua. vt Gene. 16. לְקוֹל שָׂרַי ideſt voci ſare. & Geneſis. 21. בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים ideſt in ter ra philiſtinorum. Et idem punctus ſubſcribitur eiſdem ar ticulis, quando tale nomen habet poſt ſe adiectiuū. vt Ge neſis. 18. לְגוֹי גָּדוֹל ideſt gentem magnam. & Exodi. 12. בְּבַיִת אֶחָד ideſt in domo vna. Hoc tamen non obſerue tur quādo tale adiectiuum habet articulum he, quia tunc prædictæ litteræ habent vocalem. a. vt Deutero octauo. בַּמִּדְבָּר הַגָּדוֹל ideſt in deſerto grādi. Articulus quoq; accuſatiui, ſcilicet. eth. aliquando deſeruit ablatiuo vt Ge/ neſis. 39. אֶת יוֹסֵף ideſt cum ioſeph. Aliquando etiam he ponitur in fine dictionis pro articulo accuſatiui. vt Gene ſis. 48. מִצְרַיְמָה ideſt ad ægyptum. Si præterea prima lit tera nominis tam proprii, quàm communis habet ſeua, articuli datiui ablatiui, & effectiui debent ſubſcribi cum vocali. i. hiriq. vt לִצְדָקָה ideſt iuſticię מִצְדָקָה ideſt de iu ſticia בְּצִדְקָה ideſt in iuſticia. Hoc maxime fit, quando ta le nomen regit genitiuum. vt Pſal. 32. בִּדְבַר יְהוָה ideſt in verbo domini. Illud quoq; ſciendum, quod lamed ar ticulus datiui, & beth effectiui in nominibus propriis ho minum, & locorum ſubſcribitur cum ſeua. vt Geneſis. 6. וַיֹּאמֶר

UVA. BHSC. IyR_123

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ ideſt dixit deus noe. & Numeri. 12. בְּעַבְדִּי בְּמֹשֶׁה ideſt in ſeruo meo moyſe. Et quando no men incipit a littera iod cum ſeua. vt יְהוּדָה tunc ſi præ dicti tres articuli venerint cum chiriq prędicta littera iod remanet ocioſa. vt לִיהוּדָה מִיהוּדָה בִּיהוּדָה ideſt iu de, de iuda, cum iuda. ℂ Notandum ſecundo circa ſecun dam regulam, quod omne nomen polly ſillabū incipiens a puncto vocali. a. ſi conſtruatur poſt ſe cum genitiuo mu tat vocalē. a. in ſeua, q̄ eſt vocalis. e. vt מָקוֹם דָּבָר שָׂדֶה ſi regat genitiuum, dicimus מִזְבֵּחַ מָקוֹם ideſt locus altaris שָׂדֶה עֶפְרוֹן דְּבַר יְהוָה ideſt verbū domini ideſt campus ephron. Excipiuntur tamen ab hac regula nomi na, quorum prima littera eſt gutturalis, quia talia nō mu tant vocalem. a. etiam ſi regant genitiuum, neque etiam in formatione pluralis. vt אֲרוֹן הַבְּרִית ideſt arca fœderis. Indictionibus præterea diſſyllabis, quorum littera media eſt iod. vt בַּיִת & alia huius ꝓportionis, littera iod manet ocioſa, quādo tale nomē regit genitiuū. vt בֵּית יִשְׂרָאֵל .i. dom⁹ iſrael, eodē modo זַיִת .i. oliuetū, dicim⁹ זֵית שֶׁמֶן ideſt oliuetū olei. ſimiliter חַיִל .i. exercitus. dicim⁹ cū ge nitiuo חֵיל פַּרְעֹה .i. exercit⁹ pharaonis. Idē accidit in prę dictis nominib⁹, quādo cōponūtur cū pronoīe. vt בֵּיתִי ideſt domus mea. Et quādo declinātur in plurali numero זֵיתִם ideſt oliuæ. rerum aliquādo in talibus profertur lit tera iod. vt חֵילִים ideſt exercitus pluraliter. Nomina quoque in plurali deſinentia in. im. tam maſculina, quam fœminina, quando poſt ſe regunt genitiuū, perdunt mem vltimam, & punctus chiriq mutatur in çere cum aliquali

etiā

UVA. BHSC. IyR_123

etiam mutatione aliorum punctorum vocalium iuxta re gulas supradictas, vbi supra in declinatione nominum. vt בָּנִים .i. ideſt filii, adde genitiuū dicemus בְּנֵי אַבְרָהָם .i. ideſt filii abrahā. ſimiliter דְּבָרִים ideſt verba. cum geniti uo dicemus דִּבְרֵי הַיָּמִים ideſt verba dierū &c. Sed hæc mutatio aliquando etiam reperitur ſine regimine geniti/ui. vt הוֹלְכֵי עַל דֶּרֶךְ שִׂיחוּ ideſt ambulantes per viam loquimini. Numero duali penultima vocalis quę eſt. a. ver titur iuçere vocalē. e. vt שְׁמֵי יְהוָה .i. cœli dñi יְדֵי נָשִׁים ideſt manus mulierū &c. ¶ Nomina præterea trium ſyl labarum, quarum duæ priores litteræ ſubſcribūtur cum puncto vocali. a. ſi ſequatur genitiuus, poſterior punctus prædictorū mutatur in ſeua, & illa littera colligitur a ſylla ba præcedēte. vt אַנְשֵׁי ideſt homines, cum genitiuo di cim? אַנְשֵׁי הָעִיר .i. homines ciuitatis. ſimiliter חֲכָמִים ideſt ſapiētes, cum genitiuo dicimus חַכְמֵי לֵב .i. ſapiētes cordis. Eſt etiā aduertendū, quod nomina fœminina deſi nētia in litterā he in numero ſingulari, quādo regūt poſt ſe genitiuū, mutant illud he in thau, cū mutatione aliorū punctorū, de qua dictū eſt. vt צְדָקָה .i. iuſticia, cū geniti uo dicim? צְדָקַת הַצַּדִּיק ideſt iuſticia iuſti. ſimiliter שָׁנָה ideſt annus, cū genitiuo dicimus שְׁנַת רָצוֹן .i. annus pro pitiationis. ſed hæc regula intelligit ſolū in nominib?, q̄ habent vocalē. a. ante he. nā vbi nō occurrit vocalis punctus de. a. nō mutatur he in thau. vt שָׂדֶה .i. cāpus. & ratio huius eſt, quia talia nomina nō ſunt fœminina. Excipitur etiā hoc nomē לַיְלָה .i. nox, in quo littera he tollitur, & nō mutatur in thau, quādo regit genitiuum. vt Exodi. 12.

לַיְלַ

UVA. BHSC. IyR_123

לֵיל שְׁמוּרִים ideſt nox obſeruationū. Nomina quoq; fœminina, quæ nec deſinūt in he nec in thau, quādo regunt genitiuum, aliquando accipiunt thau in fine. vt דָּבָר ideſt verbum, cum genitiuo dicimus דְּבָרַת שְׁבוּעַת ideſt verbum iuramenti. ſimiliter אֹמֶר ideſt dictum, cum genitiuo dicimus אִמְרַת אֱלוֹהַּ ideſt dictum dei.

¶ Cap. v. de noib? deriuatiuis, de relatiuis, & de numeralibus, atque de numeris litterarum.

SVnt aūt apud Hebræos ſicut & apud Græcos, & Latinos quædā deriuatiuorū noīm ſpecies hic notādę. ¶ Patronymica noīa dicunt q̄ deriuātur a noīb? patrū. vt יִשְׂרְאֵלִי .i. filiꝰ vel nepos aut aliquis deſcēdens ab iſrael, qui & iacob. ſimiliter יְמִינִי .i. filius vel nepos vel deſcēdens a iamin. ¶ Gentilia nomina ſunt, q̄ deriuātur a nominib? alicui? gētis vel nationis. vt ab אֲרַם .i. ſyria אֲרַמִּי ideſt ſyrus. ¶ Poſſeſſiua nomina in hebræo nō differūt a patronymicis & gētilibus. Terminātur autē huiuſmodi noīa oīa hoc modo, maſculina in .i. iod, fœminina vero in .ith. Et formātur a ſuis primitiuis addito pūcto chiriq vltimę litteræ, & vltra hoc in maſculinis ponit in fine iod littera ocioſa. In fœmininis vltra iod additur thau. vt ab יִשְׂרְאֵלִי formatur יִשְׂרְאֵלִי maſculinū, ideſt vir iſraelita, & יִשְׂרְאֵלִית fœminiuum. i. fœmina iſraelitis, ſimiliter ab אֲרַם formatur אֲרַמִּי maſculinum. i. ſyrus vir, & אֲרַמִּית ideſt mulier ſyra. Si tamen nomē primitiuū terminaretur in he litteram, tunc gētile vel patronymicū ab eo format aliquando he mutata in nun cum chiriq, & iod ocioſa in fine. vt Numeri. 26. לְשֶׁלַח מִשְׁפַּחַת הַשִּׁלֹנִי .i. de ſela ſelaneus

UVA. BHSC. IyR_123

neus genere, aliqñ vero nihil mutatur a primitiuo sed ipm ponit pro deriuatiuo. vt in eodē יְמִימָה מִשְׁפַּחַת יְמִימָה idest a iemna familia iemna itarum. Præterea quando nomen primitiuum terminatur in iod ocioſa deriuatiuum eius nil mutat, ſed primitiuum ponitur pro deriuatiuo, vt ibidem leui, nepthali, iſui, ſumi &c. In plurali vero hæc nomina terminātur maſculina in. im. & fœminina in. oth. iuxta regulam declinationum ſuperius poſitam. verum littera iod numeri ſingularis in fœmininis ſemper legitur in plurali, vt terminetur in. ioth. In maſculinis autem aliquando iod manet ocioſa in plurali, aliquando profertur ſuperadito altero iod. vt a מִצְרִי formatur plurale מִצְרִים vel מִצְרִיִּים ſimiliter a פְּלִשְׁתִּי formatur plurale פְּלִשְׁתִּים vel פְּלִשְׁתִּיִּים. ¶ De nominatiua nomina ſunt quę ab aliis nominibus deriuantur. vt a צֶדֶק idest iuſticia, deriuatur צַדִּיק idest iuſtus. Et a רֶשַׁע idest malitia, deriuatur רָשָׁע idest malus. Et in his nominibus non eſt certa regula terminationis danda. ¶ Diminutiua nomina non reperiūtur apud hebræos, ſed ſupplentur per duas dictiones סֵפֶר קָטָן idest liber paruus ſeu libellus. ſimiliter אָדָם קָטָן idest homo paruꝰ vel homuntio. ¶ Verbalia quoque nomina ſunt quę a verbis deriuantur. vt ab hoc verbo אָהַב idest amo, deriuatur אַהֲבָה idest amor. Et ab hoc verbo שָׁפַט idest iudico, deriuatur מִשְׁפָּט idest iudicium. Aduertendum tamen, quod huiuſmodi nominibus prope ſemper additur aliqua iſtarum ſex litterarum הָאֲמָנָתִי quæ dicuntur litteræ ornamenti. Et talis littera aliquando additur nomini verbali

UVA. BHSC. IyR_123

verbali in principio aliquando in fine nominis, vt patet in exemplis prædictis. Sed illa nomina quæ a latinis dicuntur verbalia, vt amator lector, vel participialia, vt lectio oratio, apud hebræos non habentur, sed supplentur per participia vt inferius dicemus. vt אוֹהֵב ideſt amans vel amator &c. ℂ Comparatiua quoque nomina, & superlatiua non sunt apud hebræos, sed supplentur per plures dictiones. Nam comparatiuum nomen suppletur per suum primitiuū & litteram mem, quæ est articulus ablatiui adiunctam nomini qui sequitur ex vi comparationis, ideſt cui fit comparatio. vt Eccleſiaſtes. 7. טוֹב שֵׁם מִשֶּׁמֶן טוֹב וְיוֹם הַמָּוֶת מִיוֹם הִוָּלְדוֹ ideſt melio est nomē quā oleum bonum, & dies mortis quàm dies suæ natiuitatis. Posset tamen ad maiorem explicationem poni aduerbiū magis quod hebræi vocāt יוֹתֵר ante litteram mem præ dictam, quæ tunc quasi nihil seruit. vt si diceremus יוֹחָנָן יוֹתֵר מֵאַבְיָה צַדִּיק ideſt ioannes iustus magis abia.

ℂ Superlatiuum quoque nomen suppletur per hoc aduerbium מְאֹד quod significat nimis siue valde. vt Geneſis. 1. וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד ideſt & ecce bona valde, Sed quā do sequitur aliud nomē ad quod fit cōparatio ponit cū præpositione mem. vt Numeri. 12. עָנָו מְאֹד מִכֹּל הָאָדָם ideſt mitiſſimus omnium hominum &c. ℂ Relatiuum apud hebræos est duplex, alterum est dictio per se & separabilis, alterum est littera & articulus inseperabilis. Et vtrunque est relatiuum substātiæ, refertque antecedens nomen substantiuum. Relatiuum separabile est ista dictio אֲשֶׁר ideſt quis vel qui, quæ tamen est in variabilis tam in sin-

UVA. BHSC. IyR_123

in singulari numero, quàm in plurali. Et potest adiungi nominibus cuiuscūq; generis & numeri, ita quod equiua leat omnib⁹ vocibus hui⁹ nominis latini quis vel qui in omnib⁹ casibus vtriusq; numeri. vt Psal. i. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ .i. Beatus vir qui nō abiit. similiter posset dici beati viri אֲשֶׁר idest qui non abierunt. Et beata mulier אֲשֶׁר idest quæ nō abiit, & beate mulieres אֲשֶׁר .i. quæ nō abierunt, & sic de aliis. ¶ Relatiuū substātię inse parabile est ista littera שׁ sin posita in principio dictionis declinabilis, & equiualet alteri relatiuo prædicto. vt Canticorum. 4. vbi dicitur capilli tui, sicut greges caprarum שֶׁגָּלְשׁוּ מֵהַר הַגִּלְעָד idest quæ ascēderunt de mōte galaad. Eodē modo possemus dicere in oratione dominica אֲבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם .i. Pater noster qui es in cœlis. Et quando littera sin posita in principio dictionis est relatiuū & nō de substātia dictionis, cognoscitur per punctū dagues positū in littera immediate sequēte, vt etiā superius dictū est in articulis inseparabilib⁹ casuū nominis. ¶ Ad ppositum etiā hui⁹ relatiui memorāda est regula superi⁹ dicta, scilicet qđ in hebræo nulla est dictio vni⁹ litterę, nisi adiūgatur alteri p cōpositionē vel saltim p appositionē. ¶ Relatiua accidētis nō reperiūtur apud hebræos, sed supplentur per hoc aduerbiū כְּמוֹ qđ potest interpretari sicut. Et idē significat littera chaph posita in principio dictionis, quādo nō est de substātia eius. Exēplum si dicam⁹ reddo tibi librū pulchrū qualem dedisti mihi, hebraice dicitur כְּמוֹ idest sicut dedisti mihi &c. ¶ Occasione relatiuorū aduertendū hic, qđ tria sunt vocabula, quæ frequēter nō expri

UVA. BHSC. IyR_123

exprimuntur sed subiicētur in textu sacræ scripturæ, scili cet relatiuū, verbum substātiuū, & articulus denotans ca sum nominis. Exēplum primi, vt in Psal. 7. וְעוּרָה אֵלַי מִשְׁפָּט צִוִּיתָ ideſt cōsurge ad me iudiciū quod mādasti. vbi nō exprimitur relatiuū quod sed intelligitur. Exēplū secundi positum est iam in oratione dominica, vbi nō exprimitur verbū es. & Psal. 2. יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה ideſt dñs dixit ad me filius meus es tu. Et frequenter hoc verbum suppletur in sacra scriptura per pronomē tertiæ personæ obseruato numero eius & genere quemadmodū fuerit expediens. vt Genes. 34. הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה שְׁלֵמִים הֵם אִתָּנוּ ideſt viri isti pacifici sunt nobiscū. vbi loco hu ius verbi sunt ponitur hoc pronomē hem. Exēplum ter tii Psal. 3. כִּי הִכִּיתָ אֶת כָּל אֹיְבַי לֶחִי ideſt quoniā per cussisti inimicorū meorum maxillā. vbi non explicatur articulus illius dictionis maxillam. Et sic de aliis multis. Et valet hoc notabile multum ad intelligentiam prophe tarum in hebræo, vbi isti defectus sunt frequentissimi.

¶ Nomina numeralia apud hebræos nō omnia sunt de riuatiua, sed quædam eorum sunt primitiua. Ea tamē om nia sunt adiectiua, & sunt nomina irregularia quātum ad genus, quia nō obseruant regulam generis nominū supe rius positā maxime a trib⁹ vsq; ad decē inclusiue. Nam in his masculina desinūt in he vel thau. fœminina vero nun quam in he licet aliquādo in thau, sed hoc raro. In his no minibus distincte procedemus per limites numerorum qui sunt vnitas dena centena millena &c. Vnitates sunt ab vno vsque ad decem quarum nomina hæc sunt.

Fœmi

VVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

אַחַת	אֶחָד	Vnus vna.
שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	Duo duæ.
שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	Tres masculina & fœminina
אַרְבַּע	אַרְבָּעָה	Quattuor masculina & fœ.
חָמֵשׁ	חֲמִשָּׁה	Quinq; masculina & fœmi.
שֵׁשׁ	שִׁשָּׁה	Sex masculina & fœminina.
שֶׁבַע	שִׁבְעָה	Septem masculina & fœmi.
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	Octo masculina & fœminia.
תֵּשַׁע	תִּשְׁעָה	Nouē masculina & fœminia.
עֲשָׂרָה	עֲשֶׂרֶת	Decē masculina & fœminia.

Aduertendum autem, quod in primo istorum nomi/num in genere masculino aliquādo sacra scriptura aufert primā eius litteram aliquādo vltimam. Exemplum primi Ezechiel.33. וְדִבֶּר חַד אֶת אַחַד ideſt dixit vnus ad vnū seu alterum. Exemplum secūdi in eodem.18. וְעָשָׂה אַת מֵאַחַת מֵאֵלֶּה ideſt si fecerit vnum de vno de istis. Licet posset dici, quod hæc dictio אַת non sit nomen numera le sed accipitur pro fratre, vt sit sensus si fecerit fratri &c. Idem etiam nomen vnus in genere masculino solet re/periri in numero plurali. vt Ezechiel.37. וְהָיוּ לְאַחָדִים בְּיָדֶךָ ideſt erunt vni in manu tua. Et hoc idem nomen in genere fœminino quando ponitur in fine clausulę, tūc aleph subscribitur cum çegol, & cheth cum cameç loco patha. vt Exodi.36. אַחַת אֶל אַחַת ideſt alteram, scilicet cortinā, ad alterā. In septimo quoq; nomine in genere ma sculino aliquando interponitur littera nun addita inter hain & he. vt Iob.42. שִׁבְעָנָה בָּנִים ideſt septem filii.

Notā

UVA. BHSC. IyR_123

¶Notandū præterea, quod prædicta nomina numeralia, ab vno vsque ad quinque solent in sacra scriptura accipi aliquando improprie ad significandum diminutionem, sed a quinque vsque ad decem econtra solent nomina significare augmentationem vel multiplicationem. Exemplum primi ponitur. 3. Regū. 17. מִקְשֶׁשֶׁת שְׁנַיִם עֵצִים ideſt en colligo duo ligna, ideſt pauca. & Eſaie. 17. שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה בְּרֻנְּרִים בְּרֹאשׁ אַמִּיר אַרְבָּעָה חֲמִשָּׁה ideſt duorum vel trium granorum in ſumitate rami quattuor vel quinque. Exemplum ſecundi Prouerb. 24. כִּי שֶׁבַע יִפֹּל צַדִּיק ideſt ſepties in die cadit iuſtus, vbi ponitur ſepties pro frequenter. ¶ Aduertendum præterea, quod ab his nominibus numeralibus in ſacra ſcriptura formantur verba quædam, ſcilicet Vnire, Diuidere, Tertiare, Quartare, Quintare, Seſimare, & Decimare. ab illis vero ſeptē, octo, nouem, talia verba nō reperiuntur. Exempla horum plurima ſunt in ſacra ſcriptura. ¶ Poſt iſtos numeros ſimplices dicamus de aliis compoſitis ex dena & vnitatibus. qui ſunt inter decē & viginti. In quibus nominibus ſemper vnitas præcedit, & dena ſequitur. ſed denarius in genere fœminino terminatur in he, in maſculino vero perdit eam oppoſito modo ad nomina ſupradicta.

¶ Fœminina.	Maſculina.	
אַחַת עֶשְׂרֵה	אֶחָד עָשָׂר	Vndecim.
עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה	עַשְׁתֵּי עָשָׂר	Vndecim.
שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה	שְׁנֵי עָשָׂר	Duodecim.
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה	שְׁנֵים עָשָׂר	Duodecim.
שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	Tredecim.

UVA. BHSC. IyR_123

אַרְבָּעָה עָשָׂר	Quattuordecim.
חֲמִשָּׁה עָשָׂר	Quindecim.
שִׁשָּׁה עָשָׂר	Sedecim.
שִׁבְעָה עָשָׂר	Septemdecim.
שְׁמֹנָה עָשָׂר	Octo & decem.
תִּשְׁעָה עָשָׂר	Nouem & decem.

Nomina numeralia, quæ significant denas supra primam, omnia sunt indifferenter masculina & fœminina, & in numero plurali semper terminata in. im. vt

עֶשְׂרִים	Viginti.
שְׁלֹשִׁים	Triginta.
אַרְבָּעִים	Quadraginta.
חֲמִשִּׁים	Quinquaginta.
שִׁשִּׁים	Sexaginta.
שִׁבְעִים	Septuaginta.
שְׁמֹנִים	Octoginta.
תִּשְׁעִים	Nonaginta.

Compositi etiam numeri inter has denas etiam habẽt duas dictiones, quarum prior est minoris numeri nomẽ, secunda vero est dena, & hoc frequenter. vt

אֶחָד וְעֶשְׂרִים	Vnus & viginti.
שְׁנַיִם וּשְׁלֹשִׁים	Duo & triginta.
שְׁלֹשָׁה וְאַרְבָּעִים	Tria & quadraginta &c.

Verum in libro Esdras aliquando ponitur maior numerus prius minore. vt in capitulo secundo. septuaginta duo, quinquaginta quattuor. Nomina centenariorum indifferenter sunt masculina & fœminina, & componuntur ex duobus nominibus, exceptis primo & secundo, quæ

UVA. BHSC. IyR_123

quæ ſunt ſimplicia nomina. Nomen primi cẽtẽnarii in numero ſingulari terminatur in he vel thau, & inde formatur eius plurale in oth. Alia omnia carent numero ſingulari, ſed ſecũdum eorum terminatur in. im. ad modum dualium. Reliqua ſeptem componuntur ex nomine vnitatis in genere fœminino, & ex plurali primi centenarii qui ſequitur nomen vnitatis. Exẽplum horũ erit hæc colũna,

מֵאָה vel מֵאַת	Centum ſingulariter.
מֵאוֹת	Centum pluraliter.
מָאתַיִם	Ducentum.
שְׁלֹשׁ מֵאוֹת	Trecentum.
אַרְבַּע מֵאוֹת	Quater centum.
חֲמֵשׁ מֵאוֹת	Quinquies centum.
שֵׁשׁ מֵאוֹת	Sexies centum.
שִׁבַּע מֵאוֹת	Septies centum.
שְׁמֹנֶה מֵאוֹת	Octies centum.
תְּשַׁע מֵאוֹת	Nouies centum.

Numeri cõpoſiti ex cẽtenariis ſunt triplices, ſcilicet ex centena & vnitate ſolum, ex centena & dena, ex centena dena ſimul & vnitate, quorum nominum aggregatio ex prædictis nota eſſe poteſt. Et in ſacra ſcriptura aliquando minores numeri præcedunt aliquando maiores, vt videre licet in quinto capituł. Geneſis, & alibi ſæpius.

¶ Nomina millenariorũ etiam ſunt indifferẽter maſculina & fœminina, & cõpoſita ex duob⁹ nominib⁹, exceptis primo & ſecũdo, quæ ſunt ſimplicia nomina. Primũ horũ habet numerũ ſingularẽ eleph, & pluralẽ elaphim vel alphe, alia omnia octo carẽt numero ſingulari, Sed ſecũ

UVA. BHSC. IyR_123

dum eorum terminatur in.im.ad modū dualium, Cætera omnia componuntur ex nominibus vnitatum terminatis in.thau.& plurali primi millenarii. Exempla patent in hac columna.

אֶלֶף	Mille singulariter.
אַלְפִּים אַלְפֵי	Milia pluraliter.
אַלְפַּיִם	Duo milia.
שְׁלֹשֶׁת אַלְפִים	Tria milia.
אַרְבַּעַת אַלְפִים	Quattuor millia.
חֲמֵשֶׁת אַלְפִים	Quinque milia.
שֵׁשֶׁת אַלְפִים	Sex milia.
שִׁבְעַת אַלְפִים	Septem milia.
שְׁמֹנַת אַלְפִים	Octo milia.
תִּשְׁעַת אַלְפִים	Nouem milia.
עֲשֶׂרֶת אַלְפִים׃	Decem milia.

Verum in sacra scriptura aliquādo in cōpositione præ dictorum nominum ponitur nomen primi millenarii in numero singulari.vt Numeri primo וְאַרְבָּעִים אֶלֶף ideſt quadraginta mille, & alibi sæpius &c. ¶ Dene millene, centene millene,& inde vsque ad mille milia, habent nomina composita ex nominibus præcedentibus denariorum vel centenariorum & miliariorum in numero plurali, & nonnunquam in singulari, Exemplum.

עֶשְׂרִים אֶלֶף	Viginti mille.
מְאַת אֶלֶף	Centum mille.
אֶלֶף אַלְפִים׃	Mille milia.

Ab his nominibus numeralibus deriuantur, quædam alia nomina quæ dicuntur multiplicia, vt

quadru/

UVA. BHSC. IyR_123

אַרְבַּעְתַּיִם	Quadruplum.
שִׁבְעַתַּיִם	Septuplum.
רִבּוֹא vel רְבָבָה	Decem mille.
רִבּוֹתַיִם	Viginti mille.
רִבּוֹאוֹת vel רְבָבוֹת	Multa milia.

Aduertēdum præterea, quod nomina substantiua iuncta nominibus numeralibus prædictis, præter vnitatem, ponuntur in numero plurali vsque ad decem inclusiue. Ab vndecim vero & vltra ascendendo in infinitum sacra scriptura ponit talia nomina substantiua aliquando in numero singulari, licet debeāt intelligi pluraliter. vt Geñ.5. שֶׁבַע שָׁנִים וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה idest septē anni, & octingenti ann⁹.pro anni. Et cap̄.32. וְאַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ עִמּוֹ idest & quadringenti vir cum eo. ¶ Deriuantur etiam a nominibus numeralibus alia adiectiua quæ dicuntur ordinalia, quia ordinem rerum significāt post aliquod principiū, vt primus/secundus/tertius &c. Et formantur a nominibus vnitatum, ita quod a primo nomine numerali nō formatur tale deriuatiuum, sed loco eius deriuatur ab hoc nomine רֹאשׁ idest principium, & inde formatur רִאשׁוֹן idest primus. ab aliis vero sequentibus numeris, hoc est a duob⁹ vsq; ad decem, hæc deriuatiua formātur ad modū patronymicoꝝ noīm de qb⁹ supra hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

רִאשׁוֹנָה רִאשׁוֹנִית	רִאשׁוֹן	Primus, prima.
שְׁנִיָּה vel שֵׁנִית	שֵׁנִי	Secundus, secunda.
שְׁלִישִׁיָּה vel שְׁלִישִׁת	שְׁלִישִׁי	Tertius, tertia.
רְבִיעִית	רְבִיעִי	Quartus, quarta.

UVA. BHSC. IyR_123

חֲמִישִׁי	Quintus, quinta.
שִׁשִּׁי	Sextus, sexta.
שְׁבִיעִי	Septimus, septima.
שְׁמִינִי	Octauus, octaua.
תְּשִׁיעִי	Nonus, nona.
עֲשִׂירִי	Decimus, decima.
חֲמִישִׁית	
שִׁשִּׁית	
שְׁבִיעִית	
שְׁמִינִית	
תְּשִׁיעִית	
עֲשִׂירִית vel עֲשִׂירִיָּה	

In his nominibus pluralis numerus pro masculinis terminatur in. im. pro fœmininis in. ioth. excepto primo qui terminatur in. oth. hoc modo רִאשׁוֹנִים רִאשׁוֹנוֹת primi, primæ שֵׁנִיִּים שֵׁנִיּוֹת secundi, secundæ &c. Ab vndecim vero & deinceps ascendendo pro nominibus ordinalibus ponuntur nomina numeralia nulla penitus facta mutatione. & hoc in vtroque genere & numero. Hebræi, etiã per hæc nomina ordinalia menses anni pronunciant, hoc est primum secundum &c. Et licet latini hæc nomina ordinalia adaptent ad significãdas partes ali quotas alicuius totius, scilicet tertiam quartam quintã sextam &c. Tamen hebræi illas partes significant per duo nomina, vt pro eo quod nos dicimus decimus quisq;, illi dicunt אֶחָד מֵעֲשָׂרָה id est vnus ex decem. & pro eo quod nos duæ centesime: illi dicunt שְׁנַיִם מֵמֵאָה .i. duo de centum &c. Nominibus quoque distributiuis vel diuiduis carent hebræi, sed supplent illa per nomina numeralia duplicata, vt pro eo quod nos dicimus bini & bini, ipsi dicunt שְׁנַיִם שְׁנַיִם id est duo duo. Genesis. 7. & sic de aliis. Aduerbia quoque numeralia non sunt apud eos, sed supplent illa per nomina numeralia & hoc nomẽ פַּעַם id est

vicẽ

UVA. BHSC. IyR_123

vicem, vt אַרְבַּעָה פְּעָמִים ideſt quattuor vicibus, et ſic de aliis. ¶ Occaſione autem nominum numeralium, dicamus tandem in hoc capitulo de numeris ſeu figuris numerorum, quibus hebræi ſolent numerare. Et licet latini & Arabes habeant proprios characteres ad ſignificā dos numeros, tamen Hebræi & Græci litteris alphabeti, pro numeris vtuntur hoc ordine. Nam primæ nouem litterę alphabeti ſignificant vnitates, aliæ nouem quarum prima eſt iod ſignificant denas, aliæ denique quattuor, quæ incipiunt a littera quoph pro centenis accipiuntur. Sed ad complementum nouem centenarum modernio/res hebræi applicāt quinq; litteras duplices, licet antiquio res hebræi huiuſmodi cētenas per duas aut tres litteras explicarent. Pro millenis autem redeunt ad principium alphabeti per litteras magnas, vt Aleph magnum pro mille, Beth magnum ſignificat duo milia, & hoc maxime in expoſitione ſacræ ſcripturæ. Sequitur exemplum.

¶ Vnitates.	Denę.	Centenę.	Millenę.
א vnum.	י decem.	ק centum.	א mille.
ב duo.	כ viginti.	ר ducenti.	ב duo milia.
ג tria.	ל triginta.	ש trecenti.	ג tria milia.
ד quattuor	מ q̈draginta.	ת quadrigēti	ד q̈ttuor milia.
ה quinq;.	נ quiquagīta	ך quingenti.	ה quinq; milia.
ו ſex.	ס ſexaginta.	ם ſexcenti.	ו ſex milia.
ז ſeptem.	ע ſeptuagīta.	ן ſeptingēti.	ז ſeptem milia.
ח octo.	פ octoginta.	ף octingēti.	ח octo milia.
ט nouem.	צ nonaginta.	ץ noningēti.	ט nouem milia.

UVA. BHSC. IyR_123

Numeri compoſiti ex dena & vnitate, vel ex centena & dena, vel etiam ex centena dena & vnitate, aggregatione litterarum, quæ ſignificant tales numeros explicari ſolent. vt vndecim pēr iod & aleph &c. Illud tamen nō eſt diſſimulandum hebræos vſque a deo reformidaſſe prodere nomen domini tetragrāmaton, vt quoties in numeris deſignandis aliquot ex illis litteris inciderent, eas in alias cōmutarent quæ eoſdē numeros exhibent. vt quindecim non p iod & he, ſed p tet & vau ſcribebāt. Et ita de aliis.

¶ Caꝑ. vi. de pronomine & ſpeciebus eius atque pronominū declinationibus, ac cōpoſitionibus.

PRONOMEN apud Hebræos dicitur כִּנּוּיִם ideſt apoſitio nominis, quia ei ſuperadditur. Præſuppoſita ergo pronominis diffinitione, quæ eadem eſt apud Latinos / Græcos / & Hebræos. Proſequamur eius duas ſpecies vulgatiſſimas, ſcilicet Pronomen primitiuum, & deriuatiuum. Quarum hæc eſt differentia, quia pronomina primitiua ſunt dictiones per ſe, & ſunt tantum quattuor apud Hebræos, ſcilicet ego, tu, illæ, iſte. Sed pronomina deriuatiua tantum in compoſitione reperiuntur, & illa ſunt tantum ſex, ſcilicet meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, & illorū. ¶ Primitiuorū declinationes tot ſunt quot ſunt ipſa ꝓnomina, hoc eſt quattuor. Et caſus iſtarum declinationum non variantur per terminationes, ſed per articulos, & per numeros, ſicut diximus in nomine. Articuli ꝓnoīum ſunt illi quos ſeparabiles vocauimus in nomine. ſunt & tantum quattuor iſti שֶׁל אֵל אֵת מִן ſel. el. eth. min. ¶ Pronomen primæ perſonæ tam in ſingula-

UVA. BHSC. IyR_123

gulari numero, quàm plurali est indifferenter generis masculini & fœmini sub eadem voce. Et casus obliqui eius sequuntur terminationem sui nominatiui, scilicet in singulari omnes casus terminantur in.i. in plurali vero omnes in.nu. hoc modo.

אֲנִי vel אֲנֹכִי	Nominatiuo ego.
שֶׁלִּי	Genitiuo mei.
לִי vel אֵלַי	Datiuo mihi.
אֹתִי	Accusatiuo me, Vocatiuo caret
מִמֶּנִּי vel מִמֶּנִּי vel מִמֶּנִּי	Ablatiuo a me.

¶ Plurali numero.

אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ vel אָנוּ	Nominatiuo nos.
שֶׁלָּנוּ	Genitiuo nostrum.
לָנוּ vel אֵלֵינוּ	Datiuo nobis.
אֹתָנוּ	Accusatiuo nos, vocatiuo caret
מִמֶּנּוּ	Ablatiuo a nobis.

¶ Promen secundæ personę distinctas voces habet pro genere masculino, & pro fœminino. nam in nominatiuo singulari vox masculina terminatur in littera he ociosa, fœminina in thau subscripto seua cum dagues. Alii casus obliqui omnes terminantur in littera chaph, quæ in voce masculina subscribitur per cameç, in voce fœminina per seua. Sed in numero plurali oēs casus terminant in voce masculina in.em. in voce fœminina in.en. hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אַתְּ אַתָּה	Nominatiuo tu.
שֶׁלָּךְ שֶׁלְּךָ	Genitiuo tui.
לָךְ אֵלַיִךְ לְךָ אֵלֶיךָ	Datiuo tibi.

Actō

UVA. BHSC. IyR_123

אֹתְךָ.l. אֹתָכָה אֹתָךְ אֹתֵךְ Accusatiuo te, Vtūs est sil's ntō.
מִמֵּךְ מִמֵּךְ Ablatiuo, a te

¶ Plurali numero.

אַתֶּם Nominatiuo vos.
אַתֶּן vel אַתֵּנָה
שֶׁלָּכֶם Genitiuo vestrum.
שֶׁלָּכֶן
לָכֶם.l. אֲלֵיכֶם אֲלֵיכֶן לָכֶן לַכֶּנָה Datiuo vobis.
אֶתְכֶם Actō vos, Vtūs sil's est
אֶתְכֶן
מִכֶּם.l. מִמְּכֶם מִמְּכֶן vel מִכֶּן Abltō a vobis. (ntō.

¶ Est autē aduertendū, quod tribus in locis sacræ scripturæ vox fœminina hui⁹ nominatiui, scilicet. ath. accipitur masculine. Primo Numeri. 11. וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשֶׂה לִי idest & si sic tu facis mihi. tu. scilicet deus. sed latin⁹ textus noster dicit, sin aliter tibi videtur. Secūdo Deutero cap̄. 5. וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ idest & tu loqueris nobis. vel ad nos. tu. s. moyses. Tertio Ezechie. 28. אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ idest tu cherub, ex tentus & protegens. Aliquando etiam in casibus obliquis numeri singularis huius pronominis accipitur vox fœminina in genere masculino, sed id raro accidit, scilicet in fine clausulæ. vt Deutero. 7. לַתֵּת לָךְ idest ad dandum tibi. & Prouerb. 7. תַּנְחֶה אֹתָךְ idest reget te. &c. Datiuus etiam pluralis huius pronominis in voce fœminina, scilicet lachen, debet scribi littera caph cū çegol. nam si cum çere scriberetur illa dictio esset coniunctio illatiua, scilicet propterea. Et hoc est bene notādum.

¶ Pronomen primitiuum tertiæ personæ etiam distinctas habet voces pro genere masculino & fœminino. Ei⁹ nominatiu⁹ singularis in genere masculino desinit in vau cum sureq & sequente aleph ociosa. In genere fœminino desinit

UVA. BHSC. IyR_123

desinit in vocali. i. sequentibus iod & aleph ociosis. vel vau & aleph ociosis. Obliqui vero casus eius in genere masculino desinunt in vocali.o.sequente vau ociosa, præter ablatiuū quod desinit in.u. In genere fœminino obliqui casus desinunt in vocalem. a. per cameç sequente he cum puncto mapiq in plurali numero omnes casus in genere masculino desinūt in.em.in genere fœminino in.en. hoc modo.

¶ Fœminina.	Masculina.	
הִוא הִיא	הוּא	Nominatiuo illæ illa.
שֶׁלָּהּ	שֶׁלּוֹ	Genitiuo illius vel sui.
לָהּ אֵלֶיהָ	לוֹ אֵלָיו	Datiuo illi vel sibi.
אֹתָהּ	אֹתוֹ	Actō illū illāvl' se, Vtō caret
מִמֶּנּוּ .l'. מִנֵּהוּ .l'. מֶנְהוּ .מִמֶּנָּהּ		Ablatiuo ab illo illa vel a se.

¶ Plurali numero.

הֵן vel הֵנָּה	הֵמָּה vel הֵם	Nomiatiuo illi. æ.
שֶׁלָּהֶן	שֶׁלָּהֶם	Gtō illoꝝ.aꝝ.l'.sui
לָהֶן אֵלֵיהֶן לָמוֹ אֵלֵימוֹ	לָהֶם אֵלֵיהֶם	Datiuo illisvl' sibi
אֹתָן אֶתְהֶן אֹתָנָה	אֹתָם אֶתְהֶם	Actō illos.as.vl' se.
		Vocatiuo caret.
מֵהֶן מֵהֵנָּה	מֵהֶם מִנְּהֶם	Abltō ab illisvl' a se.

¶ Notanda est hic amphibologia super ablatiuo singulari masculino huius pronominis, qui est omnino similis in litteris & punctis ablatiuo plurali primi pronominis, nec potest eorum differentia cognosci aliter quàm ex sententia & contextura orationis. In hoc etiam pronomine aliquando vox masculina accipitur pro fœminina, vt Ruth primo וְהֵמָּה בָּאוּ idest illæ venerūt,

UVA. BHSC. IyR_123

runt. Et aliquando econtra vox fœminina pro maſculina, vt ſecundi Regum. 5. וְהִנֵּה בָּאוּ ideſt & illi venerũt, licet in quibuſdam libris illa dictio veenna aliter ſcribatur, ſci licet וְהִנֵּה ideſt ecce. cui conſonat etiam trãſlatio chaldaica, quæ ſic habet וְהָא אִתּוֹ ideſt & ecce venerunt.

¶ Quartum pronomen, quod etiam eſt tertiæ perſonę in hoc differt a præcedente, quia tertium eſt demonſtratiuum rei diſtantioris, ſed hoc quartum eſt demõſtratiuũ rei propinquioris. Vnde illud correſpondet pronomini latino ille illa illud, ſed hoc correſpondet pronomini latino hic hæc hoc, vel iſte. a. iſtud. Huius pronominis numerus ſingularis habet diſtinctas voces, pro genere maſculino, & pro fœminino, in plurali vero eadem vox eſt vtriuſque generis. Caſus obliqui huius pronominis habent vocem ſui nominatiui cũ articulis ſupradictis, hoc modo.

¶ Fœminina. Maſculina.

זֹאת זוֹ	זֶה זוּ	Nominatiuo hic hæc.
שֶׁל זֹאת	שֶׁל זֶה	Genitiuo huius.
לָזֹאת	לָזֶה	Datiuo huic.
אֶת זֹאת	אֶת זֶה	Accuſatiuo hũc hãc, Vocatiuo caret
מִזֹּאת	מִזֶּה	Ablatiuo ab hoc ab hac.

¶ Plurali numero.

אֵלֶּה	Nominatiuo hi hæ.
שֶׁל אֵלֶּה	Genitiuo horum harum.
לָאֵלֶּה	Datiuo his.
אֶת אֵלֶּה	Accuſatiuo hos has, Vocatiuo caret
מֵאֵלֶּה	Ablatiuo ab his.

Notã

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Notandum quod hoc pronomen ſæpius in ſcriptura ponitur ſine nomine ſubſtantiuo, & adiūgitur verbo per modū ſuppoſiti vel appoſiti. vt Numeri. 26. לֵאֵלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ ideſt his diuidetur terra. Aduertēdū etiam, quod iſta duo pronomina tertiæ perſonæ, ſcilicet hu & ze, quā do adiunguntur nominibus ſubſtantiuis, licet in nominatiuo poſſint præponi & poſtponi nominibus, tamē in caſibus obliquis fere ſemper poſtponūtur nominib⁹, & tunc additur eis articulus he. ratio huius regulæ eſt, quia conſuetudo linguæ hebraicæ eſt proferre prius ſubſtantiuum nomen quàm eius adiectiuum nomen vel pronomen vel participium, ad hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה vel הַלָּזֶה Vir iſte.
הָאִשָּׁה הַזֹּאת vel הַלָּזוֹ vel הַלָּז Mulier iſta.
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה vel הָאֵל Viri iſti.
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה vel הָאֵלוּ Mulieres iſte.

Eodem modo diceretur in alio pronomine, ſcilicet hu.

הָאִישׁ הַהוּא Vir ille.
הָאִשָּׁה הַהוּא Mulier illa.

Exemplum in caſibus obliquis.

לְאִישׁ הַזֶּה Viro iſti.
לְאִשָּׁה הַזֹּאת Mulieri iſti.

Item aduerte, quod hæc eadem duo pronomina demōſtratiua non ſolum poſtponuntur nominibus ſubſtantiuis, ſed etiam adiectiuis & genitiuo. Exemplū primi Deutero. tertio, mōtem bonum iſtum. Exemplū ſecundi Geneſis. 37. vbi nos habemus, ecce ſomniator venit, hebraice dicitur dominus ſomniorum iſte. ¶ Dicamus iam de

pno/

UVA. BHSC. IyR_123

pronominibus deriuatiuis, quæ tantū in cōpositionē repē riūtur. Cōponūtur autē hæc pronomina cū oīnibus aliis fere partib⁹ orationis, & in tali cōpositione semp prono men ponitur in fine. Et mutant primas vocales quemad modū superi⁹ in noīe dictū est in numero plurali. In his etiā pronominib⁹ primæ psonę sunt indifferētes in gene re masculino & fœminino tam in singulari numero, quā plurali in pnominib⁹ vero secūdæ & tertiæ psonæ voces illę variātur pro genere masculino & fœminino. Sequunt etiam hæc pronomina deriuatiua in omnibus suis casi bus terminationes casuum obliquorum aliorum prono minum primitiuorum. Exemplum de compositione no minis cum pronomine in hoc nomine דָּבָר idest verbū.

Fœminina.	Masculina.	
	דְּבָרִי	Verbū meū. m. ℣. f.
דְּבָרֵךְ vel דְּבָרֵכִי	דְּבָרֶךָ	Verbum tuum.
דְּבָרָהּ	דְּבָרוֹ vel דְּבָרֵהוּ	Verbū suū vel illi⁹
	דְּבָרֵנוּ	Verbū nr̄m. m. ℣. f.
דְּבָרְכֶן vel דְּבָרֵכֶנָּה	דְּבָרְכֶם	Verbum vestrū.
דְּבָרָן	דְּבָרָם vel דְּבָרֵמוֹ	Verbū suū. ℣. illoꝝ

Plurali numero.

	דְּבָרִים	Idest verba.
	דְּבָרַי	Verba mea. m. vel fœ.
דְּבָרַיִךְ vel דְּבָרַיְכִי	דְּבָרֶיךָ	Verba tua.
	דְּבָרָיו	Verba sua vel illius.
	דְּבָרֵינוּ	Verba nr̄a mas. vel fœ.
	דְּבְרֵיכֶם	Verba vestra.
דְּבְרֵיהֶן vel דְּבָרֵיהֶנָּה	דְּבְרֵיהֶם	Verba sua vel illorum.

Et

UVA. BHSC. IyR_123

Et hoc modo fit cõpoſitio iſta in omnibus aliis nomi nibus non deſinentibus in littera he. Verũ in fine clauſu læ pronomen ſecundæ perſonæ in genere maſculino numeri ſingularis, mutat ſeua vltimæ litteræ ſubſtantialis nominis in çegol, & in eadem littera ponitur accentus dictionis. vt Numeri. 14. סַלַחְתִּי כִּדְבָרֶךָ ideſt peperci iuxta verbum tuum. In nominibus vero deſinentibus in littera he maxime ſi præcedat vocalis. a. tunc littera he mutatur in thau & fit compoſitio, hoc modo תּוֹרָה .i. lex.

¶ Fœminina. Maſculina.

	תּוֹרָתִי	1 Lex mea maſculina vel fœminia
תּוֹרָתֵךְ	תּוֹרָתְךָ	5 Lex tua.
תּוֹרָתָהּ	תּוֹרָתוֹ	9 Lex ſua vel illius.
	תּוֹרָתֵנוּ	3 Lex noſtra maſculina vel fœmi.
תּוֹרַתְכֶן	תּוֹרַתְכֶם	7 Lex veſtra.
תּוֹרָתָן	תּוֹרָתָם	11 Lex ſua vel illorum aut illarum.

¶ Plurali numero.

תּוֹרוֹת Leges.

	תּוֹרוֹתַי	2 Leges meæ maſculina vel fœ.
תּוֹרוֹתַיִךְ	תּוֹרוֹתֶיךָ	6 Leges tuæ.
תּוֹרוֹתֶיהָ	תּוֹרוֹתָיו	10 Leges ſuæ vel illius.
	תּוֹרוֹתֵינוּ	4 Leges noſtræ maſculina & fœ.
תּוֹרוֹתֵיכֶן	תּוֹרוֹתֵיכֶם	8 Leges veſtræ.
תּוֹרוֹתֵיהֶן	תּוֹרוֹתֵיהֶם	12 Leges ſuæ vel illorũ aut illarũ.

Et hæc exempla omnia ſunt in caſu nominatiuo, pro aliis vero caſibus obliquis oportet ponere articulos inſeparabiles aut ſeparabiles, vt dictum eſt in nomine excepto,

UVA. BHSC. IyR_123

pto, quod articulus he rariſſime ponitur in eis. Exèmpla etiam de compoſitione horum pronominum cum verbis, participiis, & aliis dictionibus inferius ponenda ſunt in ſuis locis. ¶ Notādū etiam, quod nomina propria hominum & locorum non recipiunt compoſitionem cum pronominibus in ſermone hebraico, ſed vbi talis ſententia occurrerit interponendum eſt nomen commune, ſcilicet filius vel ſeruus. Vnde pro eo, quod latini dicunt meū iob, ſermo hebręus habet עַבְדִּי אִיּוֹב ideſt ſeruum meū iob. vt patet Iob primo. Et ſecundi Regum. 18. dixit dauid אַבְשָׁלוֹם בְּנִי ideſt abſalom filium meū. ¶ Ex his ergo quæ in hoc capitul'. & præcedentibus notata ſunt de nominibus propriis, clarent quattuor proprietates notabiles nominis proprii, quas hebræi memorant hoc vocabulo סַרְכִּי ſarchi, quod per notaricum, ideſt litteram pro dictione accipiendo, equiualet huic orationi סְמִיכוּת רִבּוּי כִּנּוּי יְדִיעָה ideſt iunctamentum vel conſtructio genitiui, pluralitas, pronomen, noticia ſiue articulus he, quia talia non admittit nomen proprium. ¶ Ab hac regula compoſitionis excipiuntur quædam nomina deſinētia in he, quæ non mutant he in tau. vt סוּכָּה ideſt tabernaculū in Pſal'. 26. כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה .i. quia abſcōdit me in tabernaculo ſuo. vbi pro סוּכָּתוֹ ponitur סֻכֹּה. Item פִּשְׁתָּה ideſt linum, Oſee. 2. צַמְרִי וּפִשְׁתִּי ideſt lanā meā, & linum meum. vbi pro eo quod eſſe debuit פִּשְׁתָּתִי legitur פִּשְׁתִּי & alia complura ad hunc modum. Et notandum, quod etiam pronomen deriuatiuum tertiæ perſonę numeri ſingularis in genere fœminino deſinit in he cum

pūcto

UVA. BHSC. IyR_123

pūcto mapiq דְּבָרָהּ תּוֹרָתָהּ ideſt verbum eius, lex eius, ſcilicet fœminæ. Aduertendum præterea, quod aliquan do reperiūtur aliqua nomina ſimplicia, ideſt nō compoſita cum pronomine, quæ tamen terminātur ad modum compoſitorum pronominum primæ perſonæ. & non aliter diſcernuntur a nominibus compoſitis cum prono mine quām per textum & ſententiam litteræ. vt Geneſis. 49. בְּנִי אֲתֹנוֹ ideſt filius aſine ſuæ. non enim bene dice retur fili? me? aſine ſuæ. Hiere. quoq; 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנַי ideſt aperuit ſibi feneſtras, & nō debet intelligi feneſtras meas. Eſt præterea aduertēda hic alia amphibologia. Sūt enim quędā nomina terminata in vocalem. i. quę poſſunt eſſe nomina compoſita cum pronomine primæ perſonę. ſed hæc ambiguitas ex conſtructione determinatur. vt אֲבִי יְשַׁי ideſt pater iſai, eſt nomen ſimplex, ſed ſine illo genitiuo, eſt nomen compoſitum cum pronomine, ideſt pater meus. ſimiliter אֲחִי אַבְרָם ideſt frater abraam, eſt nomen ſimplex. ſine genitiuo ſignificat idem quod frater meus. Item פִּי יְהוָה ideſt os domini, eſt nomē ſimplex, ſine genitiuo eſt os meum. Verum quādo huiuſmodi no mina componūtur pronominibus deriuatiuis tertiæ per ſonæ habent difficultatem in ſua compoſitione, quia nō ſequūtur modum aliorum nominum de quibus dedi mus ſuperius exempla. componuntur ergo hoc modo.

¶ Fœminina. Maſculina.

אֲבִיהָ	אֲבִיו vel אֲבִיהוּ	Ideſt pater eius vel illius.
אֲחִיהָ	אֲחִיו vel אֲחִיהוּ	Frater eius vel illius.
פִּיהָ	פִּיו vel פִּיהוּ	Os eius vel illius.

UVA. BHSC. IyR_123

Denique hoc nomen כָּל quando componitur cum pronomine cuiuscunque personæ mutat punctum vocalem cameç in sureq, hoc modo כּוּלָּנוּ omnes nos כּוּלָּם omnes illi כּוּלָּכֶם omnes vos. Hactenꝰ de pnomine.

¶ Capꝫ. vii. de prima verborum coniugatione tam in voce actiua quàm in passiua.

ANtequàm de singulis verborum coniugationibus specialiter dicamus, quædam generalia documenta præmittemus. Supposita ergo ex autoribus latinis verbi diffinitione quæ eadē est etiam apud Hebrēos, septem verbi accidentia seu proprietates declarandę sunt, quæ his nominibus explicantur/Vox/Modus/Tempus/Numerus/Persona/Genus/& Cōiugatio. ¶ Voces verborū hebraicorū tātū duæ sunt actiua, vt פָּקַד idest visitauit. passiua, vt נִפְקַד .i. visitatus est. ¶ Modi eorū sunt tantū tres. Indicatiuꝰ, qui est aliorū primꝰ, innominatus est apud hebræos, & quādo nominatur, per primū eius tēpus, quod est prēteritū explicatur. Imperatiuꝰ dicitur ab eis צַוּוּי .i. imperiū. Infinitiuū vocant מָקוֹר .i. originē aut fontē propter suā indifferentiā. Alii modi supplentur per indicatiuū & infinitiuū cum quibusdā aduerbiis, vt inferiꝰ dicet. ¶ Tēpora verborū hebraicorū sunt tantū tria. Præteritū, quod vocant עָבַר idest trāsitū. Præsens, quod vocant הֹוֶה .i. quod est. Et futurū quod ipsi vocāt עָתִיד .i. parātū. Alia tēpora p ista tria supplent. ¶ Numeri verborū sunt duo. singularis dicitur לָשׁוֹן יָחִיד idest lingua vniꝰ. pluralis לָשׁוֹן רַבִּים .i. lingua plurīū. ¶ Personæ verborū tres sunt. Prima dicit מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ idest quæ de se

UVA. BHSC. IyR_123

de se loquitur, Secūda נִמְצָא ideſt quę inuenitur prę̄ſens, Tertia dicitur נִסְתָּר ideſt abſens. ¶ Genera verborū, quemadmodū & nominū & pronominū, apud hebrę̄os duo ſunt. Maſculinū quod vocant לְשׁוֹן זָכָר ideſt lingua maſculi. & fœmininum quod לְשׁוֹן נְקֵבָה .i. lingua fœmina. nam licet in primis pſonis vtriuſq; numeri verba indifferētes habeāt voces pro genere maſculino & fœmi nino, tamen in aliis perſonis genera iſta diſtinctas habent voces, ſicut etiam & in ꝓnominib⁹ declarauim⁹. ¶ Cō iugationes verborum apud hebræos quattuor ſunt, ſed quia quælibet earum duas habet voces actiuā & paſſiuā, ideo hebræi has cōiugationes vocāt שְׁמֹנֶה טוּרִים ideſt octō ordines. Prima cōiugatio dicitur בִּנְיַן הַקַּל .i. ædificiū leue, ſcilicet tam in ſcriptura quā in prolatione. Secūda dicitur פִּיעֵל הַדָּגוּשׁ ideſt verbū deꝛſatū, ſcilicet in prolatione & ſignificatione. Tertia dicitur הִפְעִיל .i. fecit facere, quia trāſitiuā habet ſignificationē. Quarta deniq; vocatur פֹּעַל מְרוּבָּע ideſt verbū quadratū, ſcilicet quia quattuor litteris ſcriptum. Et differunt hę cōiugationes inter ſe, tum ratione ſcripturæ, tum & ratione ſignificationis. Prima enim coniugatio ſcribitur tribus tantum litteris ſubſtātialibus, & ſine dagues in media earum. & ſignificat actionem remiſſam, vt פָּקַד ideſt viſitauit. Secunda vero coniugatio etiam ſcribitur tribus litteris, ſed habet dagues in media littera, & ſignificat actionem vehementem, vt דִּבֶּר ideſt loquutus eſt, ſcilicet reprehenſorie. Tertia coniugatio eſt verborum habentium quinque litteras, licet earum tres tantum ſint ſubſtantiales. Qui-

UVA. BHSC. IyR_123

bus in principio additur littera he subiecto pūcto chiriq, & in medio ponitur iod littera ociosa, & significat actionem transitiuam, vt הִבְדִּיל ideſt fecit diuidere. ¶Quarta coniugatio est verborum habentium quattuor litteras substantiales. Sed in prima syllaba ponitur vau ociosum, & tertia littera plærunque geminatur, ita quod tertia & quarta littera sint similes, & significant communiter hæc verba actionem imperfectam, vel vt alii dicunt actionem transeuntem, sicut tertia coniugatio, vt רוֹמֵם ideſt exaltauit. ¶ Aduertendū tamē, quod sunt quædam verba quæ per omnes vel plures cōiugationes declinari possunt, sed eorum quædam licet mutent coniugationem nō mutant significationem, vt פָּקַד פִּקֵּד הִפְקִיד פֻּקַּד in omnibus quattuor coniugationibus significat visitare, alia vero mutata coniugatione mutant significationem, vt דִּבֵּר secundæ coniugationis significat loqui, sed יְדַבֵּר tertiæ coniugationis significat confringere, vt Psalmo. 17. וַיְדַבֵּר עַמִּים ideſt & cōfregit populos. similiter חָרַשׁ primæ coniugationis significat arare, sed הֶחֱרִישׁ tertiæ cōiugationis significat tacere, vt Numeri. 30. וְהֶחֱרִישׁ לָהּ ideſt & tacuerit ei, & adhūc modum alia cōplura. Et hæ quattuor coniugationes sunt verborum regularium, quę hebræi vocant פְּעָלִים שְׁלֵמִים ideſt verba perfecta. sed præter illa sunt quædam alia verba irregularia, quæ hebræi vocant אַבְנֵי נְזִית ideſt lapides incisionis, sc3 verba imperfecta, de quibus infra in libro tertio huius. ☽

¶ Item notandum, quod apud Hebræos prima verbi positio est tertia persona singularis præteriti perfecti indica

UVA. BHSC. IyR_123

indicatiui modi, & ab illa deriuantur omnes aliæ personę eiusdem temporis & aliorum temporum, vnde omnis hebraica coniugatio a præterito perfecto principium sumit, & personarū eius ordinem conuertit, scilicet quia a tertia per secundam venit ab primam personam, tam in singulari, q̄ in plurali numero. His præmissis in generali, ad singulas coniugationes specialiter veniamus. Sed quia nō omnia verba regularia per omnes quattuor coniugationes variari possunt, sed solum per aliquas earum, pro exēplo omnium cōiugationum ponemus hoc verbū פָּקַד idest visitauit, quia est regularissimum, & in sacra scriptura inuenitur per omnes coniugationes variatum, licet aliquando variet significationem.

PRima itaq; verborū perfectorū cōiugatio definita est prius. Sed aduertendū, qđ prima verbi positio huius cōiugationis habere potest tres terminationes variata vocali mediæ litteræ per. a. e. o. vt פָּקַד .i. visitauit חָפֵץ .i. voluit יָכֹל .i. potuit. Istę tres differētiæ verborū primæ cōiugationis notātur expresse in fine libri Exodi, scilicet cap. 40. vbi hæc tria verba יָכֹל שֶׁכֶן מֹשֶׁה in eodem versu ponuntur. pro quo noster textus habet, & non poterat Moyses ingredi tabernaculum fœderis domini, quia nubes obumbrauit super illud, & gloria domini repleuit illud. Sed in procursu coniugationis eandem regulam terminationum habent huiusmodi verba in omnibus modis temporibus & personis.

¶ Actiua voce primæ coniugationis indicatiuo modo tempore præterito.

UVA. BHSC. IyR_123

ℂ Fœminina.	Maſculina.	
פָּקְדָה	פָּקַד	Viſitauit.
פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.
פָּקַדְתִּי		Viſitaui maſcu.vel fœmi.

ℂ Plurali numero.

	פָּקְדוּ	Viſitauerūt maſcu.vel fœ.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	Viſitaſtis.
	פָּקַדְנוּ	Viſitauim⁹ maſcu.vel fœ.

Ad proportionem huius præteriti variantur omnia præterita omnium coniugationum, & etiam verborum irregularium tam in voce actiua, quàm in paſſiua, quia omnia ſimiles habent terminationes in perſonis huius præteriti, licet habeant varia principia in diuerſis verbis & coniugationibus, quæ principia ſemper ſunt retinenda in toto præterito. Aduertendum autem, quod ſemper in hac cōiugatione prima verbi poſitio habet accentum in vltima ſyllaba, excepto quando poſt ipſam immediate ſequitur dictio monoſyllaba vel dictio, quæ habet accentum in principio, quia tunc etiam hæc prima poſitio habet accētum in prima ſyllaba. Exemplum primi ponitur Numeri.27. וַיִּשְׁאַל לוֹ ideſt & interrogabit eum. Exemplum ſecundi Geneſis primo קָרָא לַיְלָה ideſt vocauit noctem. Illud quoque eſt notandum, quod quando prima littera huius verbi vel media eſt aliqua iſtarum quatuor אהחע gutturaliū, quæ debeat ſcribi cum ſeua, tūc ille punctus vertitur in vocalem. a. ſcilicet cameç vel patha, vt אֲהַבְתָּם ideſt dilexiſtis. ſimiliter בָּחַרָה ideſt elegit fœmi. Et hæc regula eſt generalis & obſeruanda in

UVA. BHSC. IyR_123

in omnibus modis temporibus & personis, in quibus istæ casus occurrerit. Præter hunc est alius casus, vbi seua vertitur in vocalē.a. scilicet cameç cum accētu hoc est, quando tale verbum ponitur in fine clausulæ, etiam si ibi non fuerit aliqua littera gutturalis. vt Numeri nono אֶת מִשְׁמֶרֶת יְהוָה שָׁמְרוּ ideſt custodiam domini custodierunt. & Iudicum nono חֶלֶב נָתָנָה ideſt lac dedit. Tertia præterea persona pluralis huius prçteriti aliquando accipit nun in fine. vt Deutero. 8. אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ ideſt quæ non cognouerunt patres tui. Prçteritum autem imperfectum & etiam pluſquàm perfectum indicatiui modi apud Hebræos non habentur, ſed loco eorum ponitur hoc præteritum perfectum, vnde ad cognoſcendū tale verbū cuius horū triū temporū ſit, ſenſus orationis eſt requirēdus, & ex cōſtructione tolletur ambiguitas. vt Geñ. 37. אָהַב אֶת יוֹסֵף .i. amabat ioſeph. vbi ponit amauit pro amabat. Et ſimiliter poteſt poni p amauerat.

PRæſens indicatiui hebræi non habet proprium, ſed circūloquuntur ipſum per participium a prima verbi poſitione formatum mutata prima vocali in. o. eſtque ſimile nomini adiectiuo tam in genere, quàm in declinatione, & huic participio adiūgūtur pronomina primitiua ſuperius dicta ad diſtinguēdas perſonas huius temporis.

¶ Participium eſt hoc.

פּוֹקֵד Qui viſitat.	פּוֹקֶדֶת .i. פּוֹקְדָה Quæ viſitat.
פּוֹקְדִים Qui viſitāt.	פּוֹקְדוֹת Quæ viſitāt.

Præſens indicatiui modi hoc modo conficitur ex præ dictis, in quo iam modo latinorum pſonas ordinamus.

UVA. BHSC. IyR_123

ℂ Fœminina.	Maſculina.	
אֲנִי פּוֹקֶדֶת	אֲנִי פּוֹקֵד	Ego viſito.
אַתְּ פּוֹקֶדֶת	אַתָּה פּוֹקֵד	Tu viſitas.
הִיא פּוֹקֶדֶת	הוּא פּוֹקֵד	Ille viſitat.
ℂ Plurali numero.		
אֲנַחְנוּ פּוֹקְדִים אֲנַחְנוּ פּוֹקְדוֹת		Nos viſitamus.
אַתֶּם פּוֹקְדִים אַתֶּן פּוֹקְדוֹת		Vos viſitatis.
הֵם פּוֹקְדִים הֵן פּוֹקְדוֹת		Illi viſitant.

Aliquando tamen in hac compoſitione præponitur participium pronomini. vt Hieremiæ primo שֹׁקֵד אֲנִי ideſt vigilo ego, & hoc etiam in aliis coniugationibus reperitur. Rememoranda eſt hic etiam, exceptio de quat tuor litteris gutturalibus, propter quas ſeua mediæ litteræ gutturalis vertit in cameç vel patha, vt צוֹעֲקִים ideſt qui clamant צוֹעֲקוֹת ideſt quæ clamant. Cum vero primæ poſitionis verbi littera finalis fuerit chet ſiue haim, tunc in participio generis maſculini numeri ſingularis illa littera ſubſcribitur cum patha vocali. a. vt בּוֹרֵחַ qui fugit שׁוֹמֵעַ qui audit. Genus vero fœmininum eiuſdem numeri hoc modo ſcribitur שׁוֹמַעַת בּוֹרַחַת. Et hoc idē fit in aliis coniugationibus in ſimili caſu, ſed hoc eſt verū dum modo littera ſubſtantialis media non ſubſcribatur cum puncto vocali. a. quia tunc chet vel hain finalis non ſubſcribitur cum patha, ſed colligitur ad ſyllabam præcedentem, & generaliter quando præcedit quicunque alius punctus alterius vocalis ab . a . tunc punctus vocalis . a. ſubſcriptus prædictis duabus litteris debet prius proferri quàm littera . vt Pſal. 93. הַנּוֹטַע אֹזֶן ideſt qui plan-

tat

UVA. BHSC. IyR_123

tat autem. Et quando participium generis fœminini numeri singularis ponitur in fine clausulæ, tunc littera substantialis media debet subscribi cum cameç loco çegol. vt Iosue. 2. וּבְחוֹמָה הִיא יוֹשֶׁבֶת ideſt in muro illa habitabat. Nonunquam etiam participium masculini generis numeri singularis desinit in vocali.i.vt Genesis.49. אֹסְרִי לַגֶּפֶן ideſt qui alligat ad vitem. & Deutero. 33. שֹׁכְנִי סְנֶה ideſt qui habitat in rubo, vbi ponitur oçri pro oçer,& socni pro sochen. Et hoc modo in aliis multis. ¶ Notandū denique, quod in verbis primæ coniugationis,quæ in prima verbi positione desinunt in vocalem.e.vel.o. ipsamet prima verbi positio est participium. Ideo in talibus nulla est differentia præteriti & præsentis. Exempla superius posita sunt, vt אֲנִי חֹפֵץ ideſt ego volo אֲנִי יָכֹל ideſt ego possum. Per hoc etiam participiū præsentis suppleri cōsueuit præteritum imperfectum indicatiui modi adiecto sibi præterito perfecto verbi substantiui, vt אֲנִי הָיִיתִי פּוֹקֵד ideſt ego fui vel eram visitans provisitabam,aliquando etiam subticetur in hoc casu verbum substantiuum,vt etiam superius diximus.

FVturū indicatiui modi in omnib⁹cōiugationib⁹,& etiā in verbis irregularib⁹ designat p has quattuor litteras אֵיתָן in principio personarum positas super tres litteras substantiales verbi præteriti, & subscribūtur istæ quattuor litteræ additæ in prima coniugatione cum puncto vocali chiriq, excepto aleph quod subscribitur cum çegol ad faciendam differentiam primæ & tertiæ personarū huius futuri in numero singulari,nam aleph est no-

ta

UVA. BHSC. IyR_123

ta primæ personæ singularis. Nun primæ pluralis. Thau est signum secundæ personæ in vtroque numero. Iod tertiæ similiter in vtroque numero. Et in hoc etiam futuro terminationes primæ personæ tam in numero singulari, quàm in plurali sunt indifferentes in genere masculino & fœminino, in aliis personis genera variatur. quod in aliis quoque coniugationibus & in verbis irregularibus obseruatur. Primæ insuper personæ vtriusq; numeri in hoc futuro plærunque recipiunt he in fine, licet aliquando sine ea littera scribantur. Et ordinamus hic personas modo latinorum.

¶ Tempore futuro.

¶ Fœminina.	Masculina.	
	אֶפְקֹוד .i. אֶפְקְדָה	Visitabo mas. vel fœmi.
תִּפְקְדִי	תִּפְקֹוד	Visitabis.
תִּפְקֹוד	יִפְקֹוד	Visitabit.

¶ Plurali numero.

	נִפְקֹוד .i. נִפְקְדָה	Visitabim⁹ mas. vel fœ.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	Visitabitis.
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	Visitabunt.

Et in hoc futuro secunda persona singularis generis masculini, & tertia singularis fœminina in voce non differunt, sed in sensu, quæ differentia ex contextura cognoscitur. Secunda quoq; & tertia plurales in genere fœminino sunt similes in voce, & dissimiles in sensu ex contextura cognoscendo. Aduertendum tamen, quod in omnibus personis masculinis numeri singularis huius futuri, & etiam in prima plurali masculina contingit sæpius punctum vocalem mediæ litteræ, scilicet cholem mutari in

UVA. BHSC. IyR_123

in cameç, ſcilicet quando poſt talem perſonam immedia te, ſequitur dictio monoſyllaba vel dictio habens accen tum in principio, ſed tunc ille punctus cameç proferri de bet, vt cholem. vt Pſal. 88. אֶשְׁמֹר לוֹ חַסְדִּי ideſt ſerua bo illi miſericordiam meam, vbi licet ſcribatur eſmar de bet legi eſmor. Idem quoque pūctus mediæ litteræ ſub ſtantialis, ſcilicet cholem mutatur ſępius in vocalem. a. ma xime quando littera media vel finalis verbi eſt gutturalis. Exemplum primi יֶחְפָּץ ideſt volet. Exemplum ſecundi אֶצְעָק ideſt clamabo. Exemplum tertii אֶשְׁמַע ideſt au diam. Et in fine clauſulæ ſeua litteræ mediæ vertitur in cameç vel in cholem, datoquod ibi nulla ſit littera guttu ralis, & in eadem ſyllaba collocatur accentus, hoc idem ſæpe contingere ſolet etiam, quando non eſt finis clauſu læ, Hoc patet in his exēplis אֶפְקְדָה אֶפְקֹדָה ; תִּפְקְדִי תִּפְקֹדִי ; תִּפְקְדוּ תִּפְקֹדוּ et eodem modo diceretur in tertia pſona plurali. Et quādo prima littera ſubſtātialis ver bi eſt hain vel chet, tūc aleph primæ pſonæ & illa littera prædicta ſcribūtur cū ęgol, vt אֶעְבֹּר .i. trāſibo, in aliis vero perſonis eædē duæ litteræ ſcribūtur cum vocali. a. vt תַּעְבֹּר .i. trāſibis. Et in verbis quorū prima littera ſubſtā tialis eſt aleph, litteræ accidētales huiꝰ futuri ſcribūtur p punctū cholem, vt אֹכַל .i. comedā אֹמַר .i. dicā. Verū in hoc caſu prima pſona nō debet ſcribi niſi cū vnico aleph ꝓpter coincidētiā & euphoniā, in aliis vero pſonis aleph ſubſtātialis verbi ponitur ocioſa, licet ſcribatur, vt תֹּאכַל i. comedes תֹּאמַר .i. dices. Sūt tamē quædā huiuſcemodi verba in quibꝰ prima pſona ꝑmittitur habere duo aleph

UVA. BHSC. IyR_123

iũcta, & vtraq; scribit cũ çegol, vt אֶאֱסֹף .i. cõgregabo. In hoc tamen verbo יָכֹל ideſt potuit omnes litteræ accidentales futuri ſubſcribuntur cum pũcto ſureq, & hoc fit diſcretionis gratia ad futurum huius verbi אָכַל ideſt comedit, vt אוּכַל ideſt potero תּוּכַל poteris. Nõnunq; etiam ſecunda & tertia perſonæ plurales generis maſculini, atque ſecunda ſingularis generis fœminini accipiunt in fine litterã nun, hoc modo תִּפָּקְדוּן יִפָּקְדוּן תִּפָּקְדִין quæ regula etiam ſeruit in aliis coniugationibus tam in voce actiua, quàm in paſſiua. ℭ Aduertendum autem, quod in omnibus coniugationibus ac etiam in verbis irregularibus, quando perſonis huius futuri præponitur littera vau coniunctiua, ideſt/quæ eſt coniunctio, et. tunc futurum vertitur in præteritum, vt וַיִּפְקֹד ideſt & viſitauit, excepto quando littera vau ſubſcribitur cum ſeua vel chiriq, quia tunc non mutat futurum, vt וְיִפְקֹד ideſt & viſitabit. Et vice verſa quando eadem littera vau præponitur perſonis præteriti cum quolibet puncto vocali præteritum vertitur in futurum, vt וְשָׁמַר ideſt & cuſtodiet præterquàm in prima pſona ſingulari in cuius littera ſubſtantiali media collocatur accentus, quia tunc non mutatur præteritum. vt Oſee. 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים ideſt & locutus ſum ad prophetas, ſed ſi eadem prima perſona haberet accentũ in vltima ſyllaba, tunc littera vau ei adiecta prędicto modo mutat præteritum in futurũ. vt Exodi. 12. וְעָבַרְתִּי בְאֶרֶץ מִצְרַיִם ideſt tranſibo per terram ægypti, per hoc etiam futurum poteſt ſuppleri præteritum imperfectum indicatiui. vt Geneſis ſecundo וְאֵד

ideſt

UVA. BHSC. IyR_123

יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ ideſt & nubes aſcendebat de terra. pro quo noſtra tranſlatio habet, & fons aſcendebat de terra.

¶ Imperatiuomodo tempore præſenti.

IMperatiuus modus hebraice dicitur צִוּוּי ideſt mandatum: & non habet niſi tempus præſens, in quo ſolas ſecundas perſonas vtriuſque numeri habet. nam aliæ perſonæ huius tēporis ſupplent per futurū indicatiui ſupra dictū. Præſens ergo imperatiui formatur ad hunc modū.

¶ Fœminina. Maſculina.

פִּקְדִי	פְּקֹד vel פָּקֹד vel פְּקַד	Viſita.
פִּקֹּדְנָה	פִּקְדוּ	Viſitate.

Et poſſent variari tres vltimæ perſonæ huius imperatiui, ideſt fœminina ſingularis, & maſculina ac fœminina pluralis tribus modis, ſecundum varietatem ſecundæ perſonæ ſingularis maſculinę eiuſdem præſentis, hoc modo.

פִּקְדִי vel פָּקְדִי vel פְּקֹדִי	Fœminina ſingularis.
פִּקְדוּ vel פָּקְדוּ vel פְּקֹדוּ	Maſculina pluralis.
פִּקְדְנָה vel פָּקְדְנָה	Fœminina pluralis.

Et hoc plærunque contingit in fine clauſularum. Eadem quoque ſecunda perſona ſingularis maſculina poteſt recipere he in fine, & hoc tribus modis. Primo ſi littera ſubſtantialis prima ſubſcribatur cum puncto chiriq, & vltima cum cameç ſiue patha. vt Geneſis. 39. שָׁכְבָה עִמִּי ideſt dormi mecum. Secundo quando littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum cameç proferendo vt cholem. vt Neemiæ. 13. זָכְרָה לִי אֱלֹהַי ideſt recordare mei deus meus. Tertio cum eadem littera prima ſubſcribitur cum ſeua. vt Danielis. 9. יְהוָה שְׁמָעָה יְהוָה סְלָחָה ideſt domine

UVA. BHSC. IyR_123

mine audi domine parce. Secundæ quoque personæ singularis fœmininæ littera substantialis prima aliquando habet cameç proferendum quasi cholem. vt Iudicum. 9. מָלְכִי עָלֵינוּ ideſt regna super nos. Et quando primæ positionis verbi littera substantialis prima vel media fuerit gutturalis, tunc persona fœminina singularis, & masculina pluralis possunt habere primas duas litteras cum patha, vt פַּעֲלִי ideſt fac fœmi. פַּעֲלוּ ideſt facite masculi. nonnunquam etiam in masculino plurali vtraque dictarum litterarum subscribitur cum çegol, hoc modo אֶהֱבוּ ideſt amate אֶחֱזוּ ideſt comprehendite. Et in secunda persona singulari fœminina aliquando prima littera substantialis scribitur cum cameç chateph proferendo vt cholem.vt Hieremiæ. 22. וְצַעֲקִי ideſt clama, aliquando etiam he finalis in secunda plurali fœminina deficit. vt Ruth primo קְרָאן־לִי מָרָא ideſt vocate me amaram. In eodem quoque verbo qara littera substantialis prima aliquando venit cum puncto chiriq & nun finalis colligitur ad vocalem præcedentem. vt Exodi secundo קְרָאָן לוֹ ideſt vocate eum. In verbis denique primæ coniugationis quorum prima positio definit in.e.vel o. sequente consonante, eadem vox est præteriti & imperatiui. vt Geneſis. 29. מָלְאָ שְׁבֻעַ זֹאת ideſt imple septimanam huius. Futurū vero imperatiui in omnibus coniugationibus supplendum est per futurum indicatiui modi superius expressum. ¶ De infinitiuo & gerūdiis.

INfinitiuus modus apud Hebræos dicitur מָקוֹר ideſt origo vel fons, quoniam ab illa eius significatione cōfusa

UVA. BHSC. IyR_123

confusa sumitur significatio determinata aliorū temporū & personarū. vnde & caret determinato numero genere & persona. & in voce assimilatur secūdæ personæ singulari masculinæ imperatiui modi, vt פָּקֹד פִּקְדִי פִּקְדוּ ideſt visitare. Et hic infinitiuus aliquando ponitur seorsum solus, aliquādo adiūgitur verbo prēterito aut futuro, & tūc equiualet participio. vt Genesis. 50. פָּקֹד יִפְקֹד ideſt visitans visitabit. Itē Exodi. 3. פָּקֹד פָּקַדְתִּי ideſt visitans visitaui. Aliquādo etiam cōponitur cum articulis vel præpositionibus, & tunc equiualet nostris gerundiis. Præpositiones sunt ſtæ בְּכְלְמ quibus subscribitur punctus chiriq. Vnde supplemus gerundia in hunc modum.

בְּפָקֹד In visitando.
כְּפָקֹד Cum visitando.
לִפְקֹד Ad visitandum.
מִפָּקֹד De visitando.

Et quando littera substantialis, prima est gutturalis, litteræ ſtæ scribuntur per çere vel çegol, vt לֶאֱמֹר ideſt dicendo לֶאְסֹר ideſt ligando. In quarto gerundio ponitur dagues in littera prima substantiali propter defectum litteræ nun, quæ ibi deficit. Hebræi tamen hæc gerundia per infinitiuum proferunt, vt in visitare, de visitare, ad visitare &c. Nonnunquàm etiam hæc gerundia recipiunt he in fine, & tunc littera substantialis prima subscribitur per cameç proferendum vt cholem, & chiriq litteræ accidentalis sæpius vertitur in seua, excepta littera mem. vt Exodi. 36. לְקָרְבָה אֶל הַמְּלָאכָה ideſt ad accedendum ad opus, vel vt accederet operi.

Aliqñ

UVA. BHSC. IyR_123

Aliquando etiam veniunt cum chiriq in vltima syllaba vt Psal. iii. לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים ideſt ad habitandum cum principibus, vbi debuerat ſcribi ſolum לְהוֹשִׁיב Per hunc etiam infinitiuum cum his duabus litteris accidentalibus בכ ſuppleri ſolet ſubiunctiuus modus: mutato ſeua primæ litteræ ſubſtantialis in cholem, & ſubſcriptis litteris accidentalibus per ſeua, & addita terminatione pronominis deriuatiui ſingulis perſonis, hoc modo.

¶ Fœminina Maſculina.

בְּפָקְדִי	Inviſitādo me. i. cūviſitē maſ. vl fœ.
בְּפָקְדֵךְ בְּפָקְדֵךְ	Cum viſites.
בְּפָקְדוֹ בְּפָקְדָהּ	Cum viſitet.

¶ Plurali numero.

בְּפָקְדֵנוּ	Cū viſitem⁹ maſ. vel fœ.
בְּפָקְדְכֶם בְּפָקְדְכֶן	Cum viſitetis.
בְּפָקְדָם בְּפָקְדָן	Cum viſitent.

Eſt alius modus ſupplendi ſubiunctiuum modum, ſcilicet anteponendo has duas coniunctiones temporales כַּאֲשֶׁר כִּי verbo præterito vel futuro. Exemplum primæ, vt Geneſis. xii. כַּאֲשֶׁר הִקְרִיב לָבוֹא מִצְרַיְמָה ideſt cum accederet, vt ingrederetur ægyptum. Exemplum ſecundi ibidem paulo poſt כִּי יִרְאוּ אֹתָךְ הַמִּצְרִים ideſt cum viderint te ægyptii. ſed iſtæ coniunctiones alias habent ſignificationes, de quibus infra in ſuo loco dicem⁹.

¶ De optatiuo. ¶ Carent etiam hebræi optatiuo modo, circūloquuntur tamen ipſum per præteritum & futurū indicatiui antepoſitis his duobus aduerbiis optandi לוּ אֲחַלַי hoc eſt vtinam. Exemplum primi. vt Eſaiæ cap.

UVA. BHSC. IyR_123

cap.48. לוּ הִקְשַׁבְתָּ ideſt vtinam audiuiſſes. Exemplum ſecundi. vt Pſal. 118. אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי ideſt vtinam dirigantur viæ meæ. ¶ Nota regulam generalem, quod in omnibus coniugationibus & vocibus verborum tam regularium, quàm irregularium, imperatiuus ſequitur terminationes futuri indicatiui. & infinitiuus ſemper eſt eadem vox, quæ fuit ſecunda perſona ſingularis maſculina imperatiui. ¶ De voce paſſiua.

VOcis paſſiuę præteritum indicatiui modi formatur ab alio præterito vocis actiuæ addita littera nun in principio cuiuſlibet perſonæ ſubſcripta cum puncto chiriq, & mutato cameç primæ litteræ ſubſtantialis in ſeua, & perſonæ habent eaſdem terminationes quas & in voce actiua, hoc modo.

¶ Fœminina. Maſculina.

נִפְקְדָה	נִפְקַד	Viſitatus eſt vel fuit.
נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ	Viſitatus es vel fuiſti.
	נִפְקַדְתִּי	Viſitatus vel.ta.ſum vel fui.

¶ Plurali numero.

נִפְקְדוּ	Viſitati vel.tę.ſunt vel fuerunt.
נִפְקַדְתֶּם נִפְקַדְתֶּן	Viſitati eſtis vel fuiſtis.
נִפְקַדְנוּ	Viſitati vel.tę.ſumus vel fuim?.

Tamen in fine clauſulæ ſeua litterę ſubſtantialis mediç vertitur in cameç cum accentu, hoc modo נִפְקַד נִפְקְדוּ נִפְקְדָה. Item ſi littera verbi ſubſtãtialis prima fuerit gutturalis, tunc in omnibus perſonis eadem littera ſuſtſtãtialis & nun accidentalis ſubſcribuntur per ęgol. vt Geneſis.22. נֶאֱחַז בַּסְּבָךְ ideſt apprehenſum in vepribus. Et ali

F quãdo

UVA. BHSC. IyR_123

quando littera nun ſcribitur cum patha. vt Geneſis. 31. לָמָּה נַחְבֵּאתָ ideſt quare abſconditus es.

¶ Præſens tempus huius vocis & modi ſuppletur per participium vocis paſſiuæ, quod eſt ſimile tertiæ perſonæ ſingulari, præteriti vocis paſſiuæ, eorum tamen differentia cognoſcitur vel per cōſtructionem & ſententiam litteræ, vel per ſcripturam, quia littera ſubſtantialis media in præterito ſubſcribitur cum pathach, quando non eſt finis clauſulæ, in participio vero cum cameç niſi conſtruatur cum genitiuo. Participium vero eſt huiuſmodi.

נִפְקֶדֶת .l. נִפְקָדָה q̄ viſitata eſt נִפְקַד q viſitat⁹ eſt.

נִפְקָדִים q̄ viſitati ſūt נִפְקָדוֹת q viſitate ſūt.

¶ Ex hoc autem participio adiunctis pronominibus primitiuis conficitur præſens indicatiui modi vocis paſſiuæ, quemadmodum in voce actiua dictum eſt. vnde non opus eſt exemplo. Rememoranda eſt hic etiam exceptio præcedens de litteris gutturalibus. & ratio eius eſt quia litteram guttularem non poteſt præcedere chiriq cōmuniter. vt Numeri. 12. נֶאֱמָן הוּא ideſt fidelis ille. Et aliquando littera ſubſtantialis media participii maſculini pluralis ſcribitur cum ſeua loco cameç. vt Heſter primo הַנִּמְצְאִים בְּשׁוּשָׁן ideſt qui inuenti ſunt in ſuſis. Aduertendum hic, quod tertia perſona ſingularis fœminina prę teriti quando eſt finis clauſulæ, & fœminina præſentis participii non differunt niſi in accentu, quoniam quando eſt vox præteriti habet accentum in penultima ſyllaba, vt נִפְקָדָה ſed quando eſt participium ſiue præſens tempus habet accentum in vltima, vt נִפְקָדָה vnde Pſal.

UVA. BHSC. IyR_123

Psal. 50. dicitur רוּחַ נִשְׁבָּרָה .i. spiritus cõtribulatus &c.

¶ Tempus futurum indicatiui modi vocis passiuæ, etiam recipit illas quattuor litteras אֵיתָן scriptas cum eis dem punctis vocalibus sicut in voce actiua, sed quia non ponitur littera nun accidentalis sicut in præterito huius vocis passiuæ, ideo littera substantialis prima habet dagues ad supplendum nun, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

	אֶבָּקֵד .i. אֶפָּקְדָה	Visitabor masc. vel fœ.
תִּבָּקְדִי	תִּבָּקֵד	Visitaberis.
תִּבָּקֵד	יִבָּקֵד	Visitabitur.

¶ Plurali numero.

	נִבָּקֵד .i. נִפָּקְדָה	Visitabimur mas. vel fœ.
תִּבָּקְדוּ	תִּבָּקְדֶנָה	Visitabimini.
יִבָּקְדוּ	תִּבָּקְדֶנָה	Visitabuntur.

Et in fine clausulæ seua litteræ substãtialis mediæ vertitur in çere cum accẽtu in eadẽ littera, hoc modo תִּבָּקֵדִי תִּבָּקְדוּ יִבָּקְדוּ Et aleph primæ personæ aliquando recipit chiriq. vt Exodi. 14. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה idest honorabor in pharaone. Et quando prima littera substantialis fuerit gutturalis siue res, tunc litterç accidentales futuri subscribũtur cum çere, quia vt dictũ est: pũctus chiriq nõ potest prçcedere litterã gutturalem. Exemplũ primi. vt Genẽ. 42. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם idest ligabitur in domo custodiæ vestræ. Exemplũ secũdi. vt Prouerbiorũ. 22. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת אֶרַצַּח idest in medio platearũ occidar. Nõnunqꝫ etiam çere litteræ substãtialis mediæ vertitur in camez vel patha, maxime quãdo prima littera fuerit gutturalis vel res.

UVA. BHSC. IyR_123

Exemplum primi. vt Numeri. 16. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה ideſt ceſſauit peſtilentia. Exemplum ſecundi vt Ionæ primo וַיִּשְׁכַּב וַיִּרְדָּם ideſt & accubuit & dormiuit. Et quãdo vltima verbi littera fuerit hain aut chet, ipſa ſcribitur ſub iecto patha, hoc modo יִשְׁמַע ideſt audietur יִפָּתַח ideſt aperietur. Et in hoc caſu etiam çere litteræ mediæ vertitur in patha, dum modo non ſit finis clauſulæ. vt quarto Regum ſecũdo בְּטֶרֶם אֶלֶּקַח מֵעִמָּךְ ideſt antequam tollar a te. Et in voce fœminina plurali plærunque littera ſubſtantialis media ſcribitur cum vocali. a. vt Pſalmo. 36. וְקַשְׁתוֹתָם תִּשָּׁבַרְנָה ideſt & arcus eorum confringãtur.

¶ Imperatiuo modo.

¶ In hac voce paſſiua ſicut in actiua imperatiuus non habet, niſi ſecundas perſonas vtriuſque numeri præſentis temporis. & formatur a ſecundis perſonis maſculinis precedentis futuri mutata thau in he cum puncto chiriq, & littera ſubſtantialis prima habet dagues ratione iam dicta, hoc modo.

¶ Fœminina. Maſculina.

הִפָּקְדִי הִפָּקֵד Viſitare aut viſitatus ſis.

הִפָּקְדוּ הִפָּקֵדְנָה Viſitamini aut viſitati ſitis.

Et ſi prima littera verbi fuerit gutturalis he ſcribitur cum puncto çere ratione prius dicta. vt Deuterono. 32. וְהַאֲסֵף אֶל עַמֶּיךָ ideſt & apponere populis tuis. Et nõnunquam genus maſculinum plurale accipit nun in principio. vt Hieremiæ. 50. בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל יְהוָה ideſt venite & iungimini domino.

¶ Infinitiuo modo.

Infi-

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Infinitiuus vocis passiuæ eandem vocem habet, quæ fuit secunda singularis masculina imperatiui eiusdem vocis passiuæ, vt הִפָּקֵד ideſt visitari. Et aliquando accipit num præteriti. vt Hester tertio וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים ideſt & mitti epistolas. Ex hoc etiam infinitiuo appositis illis quattuor litteris בכלמ fiunt gerundia vocis passiuæ. primæ litteræ substantialis puncto non mutato, quæ litteræ debent subscribi per seua & mem per çere. Exempla satis patent. & in eis aliquando amittitur he infinitiui. vt Exodi decimo מֵאַנְתָּ לֵעָנוֹת מִפָּנָי ideſt nō vis subiici mihi. vbi si nō de fuisset he debuerat dici לְהֵעָנוֹת. Et p hoc infinitiuum etiam suppletur subiunctiuus vocis passiuæ eisdem modis quibus in voce actiua superius dicebatur. ¶ Optatiuus etiam suppletur in voce passiua, eodem modo per præteritum aut futurum indicatiui, sicut dictum est in voce actiua. Istæ autem regulæ cum plærisque ex superioribus sunt generales ad omnes coniugationes, & etiam ad verba irregularia. ¶ Est & aliud participiū vocis passiuæ huiusmodi פָּקוּד visitatus פְּקוּדִים visitati פְּקוּדָה visitata פְּקוּדוֹת visitatę. Hoc vero participium vocis passiuæ in eo differt a participio vocis passiuæ superius declarato, quia illud significat per modum actus, hoc autem per modum habitus, vt niph qad, ideſt visitatus, paqud ideſt visitari solitus. ¶ Hactenus igitur de verbis actiuis & passiuis primæ cōiugationis, quæ etiam duo sola genera verborum reperiuntur in aliis cōiugationibus, & in verbis irregularibus. Aliqui tamen Hebræorum volunt ad modum latinorum distinguere

UVA. BHSC. IyR_123

quinque verborum genera in qualibet coniugatione. Ergo secundum eos verba neutra dicuntur illa, quæ solam actionem significant, & reperiuntur aliquando in voce actiua, & aliquando in voce passiua, & non habent participium vocis passiuæ, sed solum vocis actiuæ significans quoq; actionem. cuiusmodi sunt hæc הָלַךְ vel נָהַלַךְ idest ambulauit יָשַׁב idest habitauit נָפַל idest cecidit עָמַד idest stetit רָכַב idest equitauit. vnde in eis non dicimus participia / haluch / iasub / naphul / aamud. Sūt etiā quædam verba communia quorum participia vocis actiuæ aliquando significat passionem, & econtra participia vocis passiuæ significant actionem, vt בָּטַח idest confidit בּוֹטֵחַ בָּטוּחַ idest confisus & confidens. Similiter שָׁכַן idest habitauit שׁוֹכֵן שָׁכוּן idest habitatus & habitans. Sunt alia verba hebraica, quæ latinorum moræ possunt appellari deponentia, quia habent vocem passiuam & carent actiua. & significant actionem, vt נִשְׁבַּע idest iuratus vel qui iurauit נוֹתַר idest remansit siue relictum est. Sunt alia verba quæ carent participiis tam actiuæ quàm passiuæ vocis. quorum loco ponuntur nomina adiectiua, vt קָרַב idest accessit רָחַק idest recessit, a quibus verbis deriuantur hæc nomina adiectiua קָרוֹב idest propinquus רָחוֹק idest lōginquus. Similiter & quę sequūtur nomina adiectiua vsitata in sacra scriptura ponūtur pro participiis suorum verborum, quia carent eis, vt גִּבּוֹר idest robustus חָזָק idest fortis חָכָם idest sapiens סָכָל idest stultus צַדִּיק idest iustus קָטָן idest paruus רָשָׁע idest malus. Deniq; hoc verbū יָכֹל idest potuit ne

que

UVA. BHSC. IyR_123

que habet participium actiuæ neque passiuę vocis neque nomen adiectiuum quo possit suppleri, ideo in eo ponitur tempus præteritum pro præsenti. ¶ Sed hæc vltima notabilia magis faciunt ad bonitatem & perfectionem linguæ hebraicæ, quàm ad necessitatem artis.

¶ Capitulum octauum de secunda verborum coniugatione tam in voce actiua quàm in passiua.

SEcunda verborum hebraicorū coniugatio est etiam trium litterarum vt prima coniugatio, harum tamen prima subscribitur cum puncto chiriq, secunda cum çere vel patha, & nonnunq̄ cum çegol, vt פִּקֵּד vel פִּקַּד & littera media habet dagues, excepto quando fuerit aliqua gutturalium vel res, quæ non recipiunt dagues, & tunc prima verbi positio vtroque modo prędictorum scribi potest. Littera quoque prima & secunda scribi possunt cum pūcto çere. vt Deutero primo בֵּאֵר אֶת הַתּוֹרָה ideſt declarauit legem. Et in eodem casu potest scribi littera prima cum çere, & media cum patha. vt Geneſis. 24. בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם ideſt benedixit abraham. Sunt autem qui dicant, quod ideo littera media huius coniugationis habet punctum dagues, vt per illud suppleatur deffectus litteræ iod ociosæ, quæ ibi deberet poni post punctum chiriq secundū rationem bonæ orthographiæ, sed alii dicunt quod nunq̄ dagues supplet litterā ociosam, & quod iste pūctus est naturalis huic cōiugationi ad denotandum vehementiam actionis de qua superius dictū est. Sensus huius coniugationis in omnibus modis tempori

UVA. BHSC. IyR_123

bus & personis tam in voce actiua, quàm in passiua est penitus similis sensui primę coniugationis, excepta vocis differentia & significationis vehementia.

¶ Secunda coniugatione actiua voce tempore præterito.

¶ Fœminina Masculina.

פָּקְדָה	פָּקַד	Visitauit,
פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	Visitasti.
	פָּקַדְתִּי	Visitaui masculi. vel fœmi.

¶ Plurali numero.

	פָּקְדוּ	Visitauerunt masculi. vel fœmi.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	Visitastis.
	פָּקַדְנוּ	Visitauimus masculi. vel fœmi.

Et notandum, quod in fine clausulæ seua litteræ substantialis medię vertitur in çere, & in eadem collocatur accentus. vt Deutero. ç. אֲשֶׁר דִּבְּרוּ ideſt quod locuti sunt. Aliquando etiam in prima verbi positione veniunt duę litteræ gutturales iunctę in principio & vtraque subscripta cum çegol. vt Iudicum. ç. מַדּוּעַ אֶחֲרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו ideſt quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Item aliquando hæc coniugatio reperitur scripta sine dagues litteræ mediæ. vt Ezechiel. 9. וּמַלְאוּ אֶת הַחֲצֵרוֹת ideſt implete a tria.

¶ Tempore præsenti.

PRæsens indicatiui modi, quod in omnibus coniugationibus hebraicis per participia vocis actiuæ aut passiuæ suppleri solet, plærũq; in hac secũda cõiugatione, & in aliis sequẽtibus venit cũ littera mem addita in principio, & in hac secũda cõiugatione subscribit cũ seua. vt

Fœ/

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

מְפֻקֶּדֶת .i. מְפֻקָּדָה מְפֻקָּד Qui vel quę visitat.

מְפֻקָּדוֹת מְפֻקָּדִים Qui vel quę visitant.

¶ Ex hoc autē participio formantur omnes personæ temporis præsentis sicut in prima coniugatione dictum est. Et in fine clausulæ littera media in genere fœminino numeri singularis plærunque venit cum çere,& in ea nō nunquàm accentus collocatur, vt מְפֻקָּדָה ideſt quæ visitat,& participium desinens in littera thau scribitur, hoc modo מְפֻקָּדֹת Item quando participium masculinum numeri singularis iungitur pronomini aliquando littera substantialis media scribitur cum puncto chiriq. vt Leuitici. 21. מְקַדִּשְׁכֶם ideſt qui sanctificat vos &c.

¶ Tempore futuro.

IN omnibus coniugationibus personæ futuri indicati ui modi veniunt cum illis quattuor litteris אֲיִתֵּן vt alias dictum est,sed earum puncta variantur. In hac ergo secunda coniugatione prædictę litteræ subscribuntur cū seua, præter aleph primæ personæ singularis, quæ causa differentiæ ad vocem similem in prima coniugatione in voce passiua scribitur cum patha, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אֲפֻקָּדָה vel אֲפֻקַּד Visitabo mas. vel fœ.

תְּפֻקְּדִי תְּפֻקַּד Visitabis.

תְּפֻקַּד יְפֻקַּד Visitabit.

¶ Plurali numero.

נְפֻקָּדָה vel נְפֻקַּד Visitabimus masc. vel fœmi.

Visi

UVA. BHSC. IyR_123

תִּפְקְדוּ תִּפְקְדָנָה Visitabitis.
יִפְקְדוּ יִפְקְדָנָה Visitabunt.

Et in fine clausulæ seua litteræ mediæ vertitur in çere & in ea ponitur accentus, vt אַפְקְדָה quæ regula etiam obseruatur in omnibus coniugationibus. Alia tempora indicatiui modi in hac secunda coniugatione supplenda sunt, eo modo quo in prima dictum est.

¶ Imperatiuo modo tempore præsenti.

¶ Fœminina. Masculina.

פִּקְדִי פִּקְדָה. I. פְּקֹד Visita.
פִּקְדְנָה פִּקְדוּ Visitate.

Aliæ personæ huius præsentis supplentur per futurū indicatiui modi in oñib⁹ cōiugationibus, & semper imperatiuus caret futuro, sed suppletur etiam per futurum indicatiui. Aliquando vero in secunda persona singularis numeri generis masculini venit littera media cum patha. vt Psalmo. 54. בַּלַּע יְהוָה פַּלַּג לְשׁוֹנָם ideſt præcipita domine. diuide linguam eorum. &c.

¶ Infinitiuo modo פָּקֹד ideſt visitare. Aliquando tamen in hoc modo littera media venit cum cholem. vt Psalmo. 117. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ ideſt castigare castigauit me dominus. Aliquando etiam littera prima scribitur cum chiriq. vt Leuitici. 14. אַחַר חִלִּין אֶת הָאֲבָנִים ideſt posteaquam eruti fuerunt lapides. Ex hoc etiam infinitiuo supplentur gerundia, & subiunctiuus modus vt in prima coniugatione dictum est, subscriptis litteris accidentalibus in principio per seua, excepta mem quæ scri-

UVA. BHSC. IyR_123

scribitur cum chiriq. Et aliquando hæc gerundia recipiunt litteram he infine. vt Leuitici. 26. לְיִסָּרָה אֶתְכֶם ideſt ad caſtigandum vos.

¶ Paſſiua voce. indicatiuo modo. tempore præterito.

In hac voce paſſiua ſecundæ coniugationis fere ſemper littera ſubſtantialis prima in omnibus modis & temporibus ſubſcribitur per ſureq, hoc modo.

¶ Fœminina.	Maſculina.	
פְּקֻדָּה	פָּקַד	Viſitatus vel viſitata fuit.
פְּקַדְתָּ	פְּקַדְתָּ	Viſitatus vel viſitata fuiſti.
פְּקַדְתִּי	פְּקַדְתִּי	Viſitat⁹ vel viſitata ſum vel fui.

¶ Plurali numero.

פְּקָדוּ	פְּקָדוּ	Viſitati vel viſitatę ſūtvl fuerūt
פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּם	Viſitati vel viſitatæ fuiſtis.
פְּקַדְנוּ	פְּקַדְנוּ	Viſitati vel viſitatæ fuimus.

Et quando littera media eſt aliqua iſtarum quattuor אַהֲעָר tunc ſureq litteræ primæ mutatur in cholem, vt Exodi. 12. כִּי גֹרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם ideſt quia eiecti fuerunt ex ægypto, & alibi pluries. nam quando littera media fuerit cheth, tunc illa littera poteſt ſubſcribi cum ſureq. vt Ezechielis. 16. וּבַמַּיִם לֹא רֻחַצְתְּ ideſt in aqua non es lota. Et item quando littera media eſt aliqua quattuor gutturalium ſeua eiuſdem litteræ vertitur in cameç. Et idem eſt iudicium quando fuerit finis clauſulæ, ſed vltra hoc in eadem littera collocatur accentus. vt פְּקֻדָּה

¶ Tempore præſenti.

Præ/

UVA. BHSC. IyR_123

PRæsens vocis passiuę in secunda coniugatione assimilatur præterito eiusdē, excepto pūcto litteræ mediæ, quia in p̄terito est patha, in p̄senti est cameç, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

פְּקֻדָּה vel פְּקֻדַת	פָּקֻד	Qui vel quę visitatur.
פְּקֻדוֹת	פְּקֻדִים	Qui vel quę visitantur.

¶ Tempore futuro.

¶ Litteræ accidentales huius futuri scribuntur cū sena, excepto aleph primæ personæ singularis quod scribitur cum patha, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אֶפָּקֵד vel אֶפָּקְדָה		Visitabor mas. vel fœ.
תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	Visitaberis.
תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	Visitabitur.

¶ Plurali numero.

נִפָּקֵד vel נִפָּקְדָה		Visitabimur mas. l. fœ.
תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקְדוּ	Visitabimini.
תִּפָּקֵדְנָה	יִפָּקְדוּ	Visitabuntur.

In fine vero clausulæ sena litteræ mediæ vertitur in cameç cum accentu in eadem, vt תִּפָּקְדוּ תִּפָּקְדִי

¶ Imperatiuo modo caret.

¶ Infinitiuo modo פָּקֹד vel פָּקֵד ideſt visitari. Cui si præponantur quattuor litteræ accidentales בכלם fient gerundia vocis passiuæ. Et subiunctiuus modus eodem modo est supplendus sicut in prima cōiugatione dictum est. ¶ Est & aliud participiū passiuæ vocis, hoc modo.

Fœ/

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

מְפֻקֶּדֶת .i. מְפֻקֶּדָה מְפֻקָּד Qui vel quę visitatur.

מְפֻקָּדוֹת מְפֻקָּדִים Qui vel quę visitatur.

Et quando littera substantialis media fuerit aliqua ista rum quinque אהחער tunc sureq litteræ primæ vertitur in cholem. vt Deuterono. ȝȝ. מְבֹרֶכֶת יְהוָה ideſt benedicta domini. & cætera.

¶ Cap̃. nonum de tertia verborum coniugatione tam in voce actiua quàm in passiua.

TErtia verborum hebraicorum cōiugatio quemadmodum, & supradictum est, appellatur הִפְעִיל ideſt fecit facere, eo quod significet actum verbi trāsire in aliam personam. quod præcipue fit in verbis trāsitiuis, vt הִפְקִיד אֶת הַחוֹלֶה ideſt fecit visitare infirmum. vnde cō currunt in actu illo tres personæ, scilicet Qui facit visitare/Qui visitat/& Qui visitatur. Verum in verbis absolutis solum concurrunt duæ personæ, quia actus non transit in tertiam personam, vt הֶעֱמִיד ideſt fecit stare. In hac itaque coniugatione vno verbo significantur duæ actiones, scilicet ea quæ est illius verbi, & vltra significatio huius verbi facio facis. Et aliquando verbum huius tertiæ coniugationis habet solam significationem primæ coniugationis, quia non importat duos actus, sed vnum. vt Numeri. ȝo. הֶחֱרִישׁ ideſt tacuit &c. Et quando littera substantialis vltima fuerit hain siue chet, ipsa subscribitur per patha. Exemplum primi הִשְׁמִיעַ ideſt audire fecit. Exemplum secundi הִצְלִיחַ ideſt fecit proficere. ¶ Et notandum, quod in præterito vocis actiuæ huius coniugatio

UVA. BHSC. IyR_123

gationis littera iod exteritur ex medio dictionis, præterquam in tertiis personis vtriusque numeri & generis, hoc modo.

¶ Indicatiuo modo. Actiua voce. tẽpore pręterito.

¶ Fœminina. Masculina.

הִפְקִיד	Fecit visitare.
הִפְקַדְתְּ הִפְקַדְתָּ	Fecisti visitare.
הִפְקַדְתִּי	Feci visitare mascul. vel fœ.

¶ Plurali numero.

הִפְקִידוּ	Fecerũt visitare mascul. vel fœ.
הִפְקַדְתֶּם הִפְקַדְתֶּן	Fecistis visitare.
הִפְקַדְנוּ	Fecimus visitare mascu. vel fœ.

Sed quando littera substantialis prima fuerit aliqua quattuor gutturalium, tunc he in principio verbi posita, quæ est accidentalis, & prædicta prima substantialis debent scribi per çegol, vt הֶעֱבִיר .i. fecit transire. Aliquando tamen obseruatur regula præcedens, quia illa prima substantialis subscribitur per seua, vt הֶעְלִים idest abscõdit vel fecit abscondere. Est etiam in vno sacræ scripturæ loco alia exceptio, scilicet quod littera he accidentalis in principio dictionis posita, vbi nulla est gutturalis littera substantialis, subscribitur per çegol. vt primi Regum. 25. לֹא הֲכְלַמְנוּם idest non fecimus facere eis dedecus.

¶ Tempore præsenti.

PRęsens indicatiui modi, vt sæpe dictum est circumloquimur per participium vocis actiuæ. quod habet in principio litteram mem subiecto puncto patha vel camęç,

UVA. BHSC. IyR_123

meç, & in eo abiicitur littera he accidentalis, quæ ponebatur in principio dictionis in præterito, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

מַפְקִידָה .i. מַפְקִידָת מַפְקִיד Qui vel q̄ fecit visitare.
מַפְקִידוֹת מַפְקִידִים Quivel q̄visitare faciūt.

Et quando littera substantialis prima est aliqua quatuor gutturaliū illa debet subscribi cū pūcto patha loco seua, vt מַעֲבִיר idest qui fecit transire. Et aliquando littera substantialis media loco puncti chiriq habet çere excluso iod. vt Psalmo. 134. מוֹצֵא רוּחַ מֵאוֹצְרוֹתָיו idest qui educit ventos de thesauris suis &c.

¶ Tempore futuro.

¶ Litteræ accidentales huius futuri debent subscribi cum puncto patha remoto a principio dictionis he præteriti, & littera substantialis media habeat punctum chiriq, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אַפְקִיד .i. אַפְקִידָה Visitare facia mas.i.fœ.
תַּפְקִידִי תַּפְקִיד Visitare facies.
תַּפְקִיד יַפְקִיד Visitare faciet.

¶ Plurali numero.

נַפְקִיד .i. נַפְקִידָה Visitare faciem?.m.i.f.
תַּפְקִידוּ תַּפְקִידוּ Visitare facietis.
תַּפְקִידְנָה יַפְקִידוּ Visitare facient.

Et quando littera substantialis prima fuerit aliqua gutturaliū illa etiam subscribitur per patha, vt אַעֲמִיד idest

stare

UVA. BHSC. IyR_123

ſtare faciam. Item hoc futurum aliquando recipit in principio litteram he accidentalem preteriti ſupradicti. vt Pſal. 114. וְלִי יְהוֹשִׁיעַ ideſt & me ſaluum faciet. Aliquando etiam littera ſubſtãtialis media ſcribitur per çere loco chiriq, & excluditur iod ex medio. vt Geneſis primo וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים ideſt & diuiſit deus, & alibi ſæpius. Nõnunquam præterea in numero plurali littera media ſcribitur cum ſeua loco chiriq excluſo iod ex medio. vt primi Regum. 31. וַיִּדְבְּקוּ פְלִשְׁתִּים ideſt irrueruntque philiſtin. pro quo debuit eſſe וַיַּדְבִּיקוּ quod etiam fit cum cõponitur pro nomini. vt primi Regum. 17. יַעֲשְׂרֻנוּ הַמֶּלֶךְ ideſt diuitem faciet illum rex. pro quo debuit eſſe. יַעֲשִׁירֻנוּ

¶ Imperatiuo modo.

¶ Iſtæ modus habet he in principio ſicut præteritũ indicatiui, & ſcribitur cum patha, ſed littera media in ſecunda pſona ſingulari maſculina & plurali fœminina plærunque ſcribitur cum çere, & excluditur iod ex medio. In aliis vero perſonis eadem littera media ſcribitur cum chiriq & non abiicitur iod, hoc modo.

¶ Fœminina.	Maſculina.	
הַפְקִידָה vel הַפְקִידִי	הַפְקֵד	Fac viſitare.
הַפְקִדְנָה	הַפְקִידוּ	Facite viſitare.

Et quando littera media fuerit aliqua quattuor gutturalium, ſcribenda eſt cum patha. vt ſecundi Regum. 11. הַחֲזֵק מִלְחַמְתֶּךָ ideſt conferta bellum tuum. Et aliquãdo in ſecunda perſona ſingulari maſculina littera media ſcribitur cum çegol. vt primi Paralippo. 21. הַעֲבֵר נָא ideſt fac tranſire nunc. Et nonnunquam eadem perſona ſcribi

tur

UVA. BHSC. IyR_123

tur cum chiriq loco çere.vt Hieremiæ.17. הַבִיא עֲלֵיהֶם idest induc super eos. Et quandoque scribitur cum patha loco çere. vt Psal. 5. הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ idest dirige in conspectu meo viam tuam. Idem quoque modus aliquã do scribitur cum he in fine. vt Hiere.18. הַקְשִׁיבָה יְהוָה idest audi domine.

¶ Infinitiuo modo.

¶ Iste etiam modus recipit he in principio, & littera substantialis media scribitur cum çere siue chiriq & iod, hoc modo הַפְקֵד vel הַפְקִיד idest facere visitare. Ali/ quando etiam he addita scribitur cum chiriq.vt Esaiæ.31. גָּנוֹן וְהַצֵּיל פָּסֹחַ וְהַמְלִיט idest protegere & liberare transire & saluare, & alia ad hunc modum. ¶ Per hunc quoque infinitiuum supplentur gerundia & modus sub/ iunctiuus præpositis illis quattuor litteris בכלם subscri ptis cum seua,& non variatur primus pũctus vocalis infi nitiui. Et in tali casu aliquãdo he addita in principio infi nitiui excluditur, & prædictę litteræ scribuntur cum pa/ tha vel cameç. vt Psalmo. 25. לַשְׁמִיעַ בְּקוֹל תּוֹדָה idest ad audiendam vocem laudis. Et alia similiter.

¶ Passiua voce, indicatiuo modo, tempore pręterito.

VOx passiua tertiæ coniugationis non habet signi ficationem transitiuam,sed ad modum vocis passi uæ primæ cõiugationis,habet tamẽ he in principio sub scriptum cum sureq vel cum cameç proferendo vt cho/ lem, hoc modo הַפְקַד vel הֻפְקַד Exemplum primi.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

הִפְקְדָה	הִפְקַד Visitatus vel.ta.fuit.
הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתָּ Visitatus vel.ta.fuisti.
הִפְקַדְתִּי	הִפְקַדְתִּי Visitatus vel.ta.fui.

¶ Plurali numero.

הִפְקְדוּ	Visitati vel.te.fuerunt.
הִפְקַדְתֶּם הִפְקַדְתֶּן	Visitati vel.te.fuistis.
הִפְקַדְנוּ	Visitati vel.te.fuimus.

Sed quando littera substantialis prima est aliqua quatuor gutturalium, he accidentalis in principio posita aliquando scribitur cum cameç, & gutturalis prædicta scribenda est cum cameç chateph, vt הֶעֱמַד idest statutus est. Itē in fine clausulæ littera substātialis media scribitur cum cameç loco seua & cum accentu in eadē. vt הִפְקְדוּ

¶ Tempore præsenti.

¶ Hoc tempus circumloquimur per participium habens in principio he cum sureq vel cum cameç pro cholem, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

הִפְקֶדֶת .i. הִפְקֵדֶת הִפְקָדָה	הִפְקֵד Qui vel quę visitatur.
הִפְקָדוֹת	הִפְקְדִים Qui vel quę visitātur.

¶ Tempore futuro.

¶ Futurum indicatiui modi vocis passiuæ habet literas accidentales in principio subscriptas cum sureq vel cum cameç chatheph pro cholem, hoc modo אֶפָּקֵד vel אוּפְקַד idest visitabor.

Fœ/

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

תּוּפְקְדִי	תּוּפְקַד	Visitaberis.
תּוּפְקַד	יוּפְקַד	Visitabitur.

¶ Plurali numero.

	נוּפְקַד	Visitabimur masc. fœ.
תּוּפְקְדוּ	תּוּפְקְדוּ	Visitabimini.
תּוּפְקַדְנָה	יוּפְקְדוּ	Visitabuntur.

Et quando littera substantialis prima fuerit aliqua ex quattuor gutturalibus, litteræ accidentales huius futuri scribuntur cum cameç, & prædicta littera prima cum cameç chateph pro cholem. vt Leuitici. 16. יֵעָמֵד חַי ideſt statuatur viuus. & Esdre decimo. יֵחָרֵם כָּל רְכוּשׁוֹ ideſt destruatur omnis substantia eius. & cætera.

¶ Imperatiuo caret.

¶ Infinitiuo modo.

¶ Iste modus recipit he additam in principio subscriptam cum sureq vel cum cameç chateph pro cholem, & substantialis media venit cum çere, hoc modo הֶפְקֵד vel הַפְקֵד ideſt visitari. Infinitiuus namque iste frequentius in sacra scriptura venit he subscripta cum cameç chateph pro cholem. vt Ezechielis. 16. וְהַמְלֹחַ לֹא הָמְלַחַת ideſt saliri non es salita & inuolui non es inuoluta. pro quo noster interpres posuit, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Habet etiam iste infinitiuus aliquando he additam infine. vt Ezechielis. 32. רְדָה וְהִשְׁכְּבָה אֶת עֲרֵלִים ideſt descendere & dormire cum incircumcisis. & cætera.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Participium vocis passiuæ.

¶ Fœminina.	Masculina.	
מוּפְקָדָה .i. מוּפְקֶדֶת	מוּפְקָד	Qui vel quę visitat.
מוּפְקָדוֹת	מוּפְקָדִים	Qui vel quę visitant

Sed aliquando hoc participiū habet he præteriti post mem. vt Ezechielis. 46. לְאַרְבַּעְתָּם מְהוּקְצָעוֹת ideſt ad quattuor illa angulata. pro quo nos habemus, mensuræ vnius quattuor. Et quando littera substantialis media fuerit aliqua ex quattuor gutturalibus, littera mem accidentalis venit cum cameç, & substantialis prima cum cameç hateph. vt Ezechielis. 29. בְּתוֹךְ עָרִים מְחֻרָבוֹת ideſt inter vrbes destructas &c.

¶ Cap. decimū de quarta verborum hebraicorū coniugatione tam in voce actiua quàm in passiua.

QVarta coniugatio ideo superius dicta est verbum quadratum, quia quattuor habet litteras substantiales in prima verbi positione. estque duarum syllabarū verbum, quarum prior scribitur cum puncto cholem & littera vau ociosa, secunda vero cum puncto patha, hoc modo רוֹמַם ideſt exaltauit. Ad hanc vero coniugationem plærunque pertinent verba dicta imperfecta, quæ etiam in prima coniugatione sunt monosyllaba, vt רוּם ideſt leuauit קוּם ideſt surrexit. Et quando tale verbum venit ad quartam coniugationem, secunda eius syllaba frequenter scribitur cum çere, hoc modo קוֹמֵם ideſt eleuauit. Hæc quoque coniugatio est eorum verborum in quibus secunda littera geminatur, vt מָדַד ideſt mensus est. Et tunc verbum quadratum scribitur cum patha vel çere in

UVA. BHSC. IyR_123

re in secūda syllaba, & in eo non sunt nisi tres litteræ substantiales, quia vau est ibi vocalis & ociosa. In superioribus vero verbis huius coniugationis etiam littera vau est de substantia verbi, vt patuit ex eorum primitiuis primæ coniugationis. Patet ergo, quod ad hanc coniugationem raro pertinent nisi verba monosyllaba primæ coniugationis, vel geminantia secundam litteram. Et si aliquando alia verba ad eam veniant, tunc solę tres litteræ sunt substantiales, & secunda earum syllaba scribitur cum patha vel çere in prima positione, sed indiscursu coniugationis semper eadem secunda syllaba scribitur cum patha, excepto in secunda persona singulari fœminina præteriti & in tertia plurali, quia scribitur cum puncto seua.

¶ Actiua voce. indicatiuo modo. tempore præterito.

¶ Fœminina.	Masculina.	
פָּקְדָה	פָּקַד	Visitauit.
פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	Visitasti.
	פָּקַדְתִּי	Visitaui mascu. vel fœ.

¶ Plurali numero.

	פָּקְדוּ	Visitauerunt mas. ℣. fœ.
פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּם	Visitastis.
	פָּקַדְנוּ	Visitauimus mas. ℣. fœ.

Et in fine clausulæ seua litteræ tertiæ vertitur in camec cum accentu in eadem. vt Hieremiæ. 12. נָטְעָתָם גַּם שֹׁרְשׁוּ idest plantasti eos & radices miserunt.

¶ Tempore præsenti.

¶ Hoc tēp⁹ vt alias sæpe dixim⁹ circūloquimur ꝑ ptici pū, qđ habet mem in pricipio cū pūcto seua, hoc modo.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Fœminina. Masculina.

מְפֻקֶּדֶת .i. מְפֻקָּדָה מְפֻקָּד Qui vel quæ visitat.
מְפֻקָּדִים מְפֻקָּדוֹת Qui vel quę visitant.

Inuenitur tamen in hoc præsenti nonnunquàm vox masculina numeri singularis addita iod in fine. vt Psalmo 99. מְלַשְׁנִי בַּסֵּתֶר ideſt qui accusat in secreto. Et debuerat dici. מְלוֹשֵׁן

¶ Tempore futuro.

¶ Eius quattuor litteræ accidentales scribuntur cum seua, præter aleph primæ personæ singularis, quæ venit cum patha, vt

¶ Fœminina. Masculina.

אֶפְקֹד .i. אֶפְקְדָה Visitabo.
תִּפְקְדִי תִּפְקֹד Visitabis.
תִּפְקֹד יִפְקֹד Visitabit.

¶ Plurali numero.

נִפְקֹד .i. נִפְקְדָה Visitabimus.
תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּ Visitabitis.
תִּפְקֹדְנָה יִפְקְדוּ Visitabunt.

Et aliquando in voce fœminina secundæ & tertiæ personæ scribitur cum çere, hoc modo תִּפְקֹדְנָה & insine clausulæ seua secundæ litteræ substantialis vertitur in çere cum accentu in eadem, vt אֶפְקֹדָה תִּפְקֹדִי יִפְקְדוּ תִּפְקֹדוּ

¶ Imperatiuo modo.

¶ Huiusmodi secūdæ personę tam in singulari quàm in plurali similes sunt tertiis personis præteriti indicati-

UVA. BHSC. IyR_123

ui, sed earum differentia ex sententia & contextura litterae poterit cognosci, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

פּוֹקְדָה vel פּוֹקֵד	Visita.	
פּוֹקְדָנָה	פּוֹקְדוּ	Visitate.

¶ Infinitiuo modo.

¶ Præsens infinitiui est simile secundæ personæ singulari masculinæ præcedentis imperatiui, hoc modo פּוֹקֵד ideſt visitare. Et ex eo supplenda sunt gerundia & subiunctiuus modus per illas quattuor litteras acciden tales, de quibus in prima coniugatione dictum est, & debent subscribi per seua &c.

¶ De passiua voce.

¶ Passiua vox quartæ coniugationis dicitur ab hebræis verbum graue, tum ratione scripturæ, quia habet quinque litteras. nam super tres substantiales additur littera he in principio subiecto puncto chiriq, & post eam immediatæ ponitur thau cū seua, vt colligatur ad præcedentē in eadē syllaba, & littera substantialis media habet dagues, hoc modo הִתְפַּקֵּד .i. visitauit se. Tum etiā ratione significationis, quia significat quasi passionē innatā, ideſt actum qui non transit communiter in aliam personam, sed potius manet in ipso agente, ita vt idem sit agens & patiens illius actus, vt הִתְחַזֵּק ideſt confortatus est vel confortauit se. Nonnunquam vero hæc verba reperiuntur transitiua sicut verba primæ coniugationis, vt הִתְפַּלֵּל ideſt orauit הִתְבּוֹנֵן ideſt intellexit. Ali-

UVA. BHSC. IyR_123

quando etiam sunt verba absoluta, vt הִתְהַלֵּךְ idest ambulauit. Item aliquando deficit littera thau superaddita & suppletur per dagues primæ litteræ substantialis. vt Iosue.22. אֲשֶׁר לֹא הִטָּהֲרְנוּ idest a quo non mundauimus nos, vel non sumus mundati. Aliquando etiam littera substātialis media scribitur cum çere, excepto in fine clausulæ, & aliquando cum çegol. vt Genesis.6. הִתְהַלֶּךְ נֹחַ idest ambulauit noe. Quandoque vero ex littera substātiali media tollitur dagues &c. ¶ Notandū tamen, quod in huiusmodi verbis littera thau superaddita semp ponitur ante litteras substantiales, præterquàm cum prima littera substantialis fuerit aliqua istarum quattuor, זָסְצַשׁ quia tūc illa debet pręcedere thau. vt Micheæ.6. וְיִשְׁתָּמֵר חֻקּוֹת עַמְרִי idest & seruabūtur præcepta ambri. nam ex ratione huius cōiugationis debuerat scribi. וְיִתְשַׁמֵּר Et cum venerit aliqua illarum quattuor litterarum, aliquando littera thau vertitur in teth. vt Gene.44. מָה נִצְטַדָּק idest in quo iustificabimus nos vel iustificabimur, quod verbum venit a צָדַק idest iustifico. Procedit ergo hæc coniugatio, hoc modo.

¶ Indicatiuo modo tempore præterito.

¶ Fœminina.	Masculina.	
הִתְפַּקְּדָה	הִתְפַּקֵּד	Visitauit se.
הִתְפַּקַּדְתָּ	הִתְפַּקַּדְתָּ	Visitasti te.
	הִתְפַּקַּדְתִּי	Visitaui me mas. vel fœ.

¶ Plurali numero.

הִתְפַּקְּדוּ	Visitauerūt se ma. l. fœ.

Visi-

UVA. BHSC. IyR_123

הִתְפַּקַּדְתֶּם הִתְפַּקַּדְתֶּן Visitastis vos.
וָו הַתּוֹסֶפֶת Vau additionis.i.quæ eſt cōiūctio.
וָו הָהִיפּוּךְ Vau cōuerſionis.ſ. tēporū verbi.
¶ De pronomine.
כִּנּוּי כִּנּוּיִים Pronomen pronomina.
כִּנּוּיֵי הַפּוֹעֲלִים Pronomina agētiū.i.noīatiui.ſ.אֲנִי
כִּנּוּיֵי הַפְּעוּלִים Pronomina patiētiū.i. acctī.ſ. אֹתִי
כִּנּוּיִם הַמּוֹרִים עַל הַקִּנְיָן Pronomina quæ denotant
poſſeſſionem, ideſt datiui caſus. ſ. אֵלַי
הֵימֵנוּ Ablatiuo ab illo, vel cum eo.
אֵלֶּה.ז׳.הַלָּלוּ.ז׳.אֵלּוּ Iſti vel iſtæ, hi vel iſti.
¶ De verbo. פֹּעַל פֹּעַלִים Verbum verba.
שֹׁרֶשׁ שָׁרָשִׁים.ז׳.עִיקַר עִקָּרִים Radix radices.i.primitiuū
פֶּא הַפֹּעַל Pe verbi.i.prima littera ſubſtātial.
עַיִן הַפֹּעַל Hain verbi.i.ſecunda littera.
לָמֶד הַפֹּעַל Lamed verbi, ideſt tertia littera.

UVA. BHSC. IyR_123

הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה.s.פָּעַל Lapis pricipal.i.ꝑma ꝟbi positio
הַנֶּחְצָב .l. נִגְזָר Decisum.l.deriuatum ab eo.
¶Cōiugatio בִּנְיַן בִּנְיָנִים Aedificiū ędifitia.i.cōiugatio
בִּנְיַן הַקַּל Cōiugatio leuis,q̄ est ꝑma cōiugatio actiua
בִּנְיַן נִפְעַל Passiua eius.
בִּנְיַן פִּיעֵל הַדָּגוּשׁ Cōiugatio ꝟbi daguessati.i. secūda
בִּנְיַן פּוּעַל Passiua eius.
בִּנְיַן הִפְעִיל Cōiugatio fecit facere.i.tertia.
בִּנְיַן הוּפְעָל.l.הֻפְעַל Passiua eius.
בִּנְיַן פֹּעַל מְרוּבַּע Cōiugatio verbi quadrati.s.quarta.
בִּנְיַן הִתְפַּעֵל Passiua eius,quæ dicitur fecit se.
¶ Vox. פּוֹעֵל Vox actiua verbi.
פָּעוּל Vox passiua verbi.
¶Modus. עָבַר Præteritum.s.indicatiui.
צִוּוּי Imperatiuus.
מָקוֹר Infinitiuus,& dicitur origo.l.fons
¶ Tempus. זְמַן Tempus. עָבַר Præteritum.
הֹוֶה Præsens. עָתִיד Futurum.
¶ Numerꝰ. לְשׁוֹן יָחִיד Līgua vniꝰ.i.numerꝰ singularis
לְשׁוֹן רַבִּים Lingua plurium.i.pluralis.
¶Persona. מְדַבֵּר בַּעַדּוֹ Loquens de se.i.prima ꝑsona.
נִמְצָא .l. מְדַבֵּר לְנוֹכַח Inuentus vel loquens è regione,
idest secunda persona.
נִסְתָּר.l.מְדַבֵּר שֶׁלֹּא לְנוֹכַח Occultus.l.loquēs nō è re-
¶Genus. gione.i.tertia persona.
לְשׁוֹן זָכָר Līgua masculi.i.genꝰ masculinum.
לְשׁוֹן נְקֵבָה Lingua fœminę.i.genꝰ fœmininū
¶ Participiū. בֵּינוֹנִי הַפּוֹעֵל Inter medium actiuum.

In-

UVA. BHSC. IyR_123

בֵּינוֹנִי הַפָּעוּל Inter mediū paſſiuū.ſ.participiū.

אֵיתָן Futuro.

פְּעָלִים שְׁלֵימִים Verba perfecta.ſ.regularia.

אֲבָנִים שְׁלֵימוֹת Lapides integri.i.verba pfecta.

אַבְנֵי גָּזִית Lapides ſecti.i.verba irregularia.

פֹּעַל עוֹמֵד Verbū ſtās.i.abſolutū à regimine.

פֹּעַל יוֹצֵא Verbum exiens, ideſt tranſitiuū vel regens caſum.

הַפְּעָלִים הַסָּרִים Verba defectuoſa, ſcilicet quæ per dunt litteras in proceſſu conjugationis.

הַפְּעָלִים הַנָּחִים Verba ocioſa.ſ.in litteris.

הַפְּעָלִים הַכְּפוּלִים Verba duplicata.

פְּעָלֵי הַכְּפֶל Verba duplicationis.ſ.litterarum.

בֶּן שָׁלֹשׁ אוֹתִיוֹת Filius trium litterarum.ſ.verbum.

בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיוֹת Filius quattuor litterarum.

בֶּן חֲמֵשׁ אוֹתִיוֹת Filius quinque litterarum.

הַפְּעָלִים הַפְּשׁוּטִים Verba plana.ſ. q̄ nō ſunt cōpoſita.

הַפְּעָלִים הַמּוּרְכָּבִים Verba ſuperpoſita.i.compoſita.

מִלָּה פְּשׁוּטָה Dictio plana.i.non compoſita.

מִלָּה מוּרְכֶּבֶת Dictio ſuperpoſita.i.compoſita.

מִלָּה בַּת שָׁלֹשׁ אוֹתִיוֹת Dictio filia trium litterarum.

בַּת אַרְבַּע אוֹתִיוֹת Filia quattuor litterarum.

בַּת חֲמֵשׁ אוֹתִיוֹת Filia quinque litterarum.

¶ Tabulæ finis, in qua vocabula poſita ſunt quæ in vocabulario magno, non inueniuntur, & ſunt frequentia in commentariis doctorum, alia verovocabula ad hoc negocium pertinentia, & hic non expreſſa, in noſtra introductione grammatica requirenda ſunt.

UVA. BHSC. IyR_123

TAndem in calce huius noſtri operis, libuit ad theologorum vſum facillimum annotare hic cathalogum vel potius epilogum iudicum, & regum iudeorum, ſimul atque pontificum ſacerdotum & prophetarū, tam maiorum, quàm minorum in veteri lege nominatiſſimorum. Et quidem in iudicibus & regibus Iſrael, & Iuda notabimus tempora ſui regiminis, & loca ſacræ ſcripturæ inſtrumenti veteris, vnde hæc excerpta ſunt.

NOMINA IVDICVM ISRAEL.

ℂ Anni guberna tionis.		
	יְהוֹשֻׁעַ	Ioſuæ. Ioſuæ. 1.
40	עָתְנִיאֵל בֶּן קְנַז	Othoniel filiꝰ Quenez. Iudi. cap. 3.
80	אֶהוּד בֶּן גֵּרָא	Aiod filius Guera. Iudi. cap. 3.
	שַׁמְגַּר בֶּן עֲנָת	Samgar filius Anath. Iudi. 3.
40	דְּבוֹרָה	Debora. cap. 4. et. 6.
40	גִּדְעוֹן בֶּן יוֹאָשׁ	Gedeon filius Ioas. cap. 6. 7. 8.
3	אֲבִימֶלֶךְ	Abimelech. cap. 9. 10.
23	תּוֹלַע בֶּן פּוּאָה	Thola filius Pua. cap. 10.
22	יָאִיר הַגִּלְעָדִי	Iair galaadites. cap. 10.
6	יִפְתָּח	Iepthe. cap. 11. 12.
7	אִבְצָן	Abeſſan. cap. 12.
10	אֵילוֹן הַזְּבוּלֹנִי	Aihalon zabulonites. cap. 12.
8	עַבְדוֹן בֶּן הִלֵּל	Aabdon filius Hellel. cap. 12.
20	שִׁמְשׁוֹן	Samſon. cap. 13. 14. 15. 16.
40	עֵלִי	Heli. 1. Regum. primo & 2.
	שְׁמוּאֵל	Samuel. 1. Regum. 1. 2. 3.
	יוֹאֵל וַאֲבִיָה בָּנָיו	Ioel & Abia filii ſui. 1. Regū. 8.

Saul

UVA. BHSC. IyR_123

ℭ Anni regiminis.		
	שָׁאוּל	Saul. 1.Regum. cap. 10.
2	אִישׁ בֹּשֶׁת בְּנוֹ	Isboseth filius eius. 2.Regum. 2.
40	דָּוִד	Dauid. 2.Regum. 2.
40	שְׁלֹמֹה בְּנוֹ	Salomon filius eius. 3.Regum. 1.
22	יָרָבְעָם בֶּן נְבָט	Ieroboam filius Nabath. 3.Reg. 12.
2	נָדָב בְּנוֹ	Nadab filius eius. 3.Regum. 15.
24	בַּעְשָׁא בֶּן אֲחִיָה	Baasa filius Aachias. 3.Regū. 15. 16.
2	אֵלָה בֶּן בַּעְשָׁא	Ela filius Baasa. 3.Regum. 16.
7. Dies.	זִמְרִי	Zamri. 3.Regum. 16.
12	עָמְרִי	Aamri. 3.Regum. 16.
22	אַחְאָב בְּנוֹ	Achab filius eius. 3.Regum. 16.
2	אֲחַזְיָהוּ בְּנוֹ	Ochozias filius eius. 3.Regum. 22.
	& quarto, Regum primo.	
12	יְהוֹרָם אָחִיו	Ioram frater eius. 4.Regum. 1.
28	יֵהוּא בֶּן יְהוֹשָׁפָט	Iehu filius Iosaphath.
	בֶּן נִמְשִׁי	Filii namsi. 4.Reg. 9. 10.
17	יְהוֹאָחָז בְּנוֹ	Ioachaz filius eius. 4.Regum. 13.
16	יוֹאָשׁ בְּנוֹ	Ioas filius eius. 4.Regum. 13.
41	יָרָבְעָם בְּנוֹ	Ieroboam filius ei⁹. 4.Regum. 14.
6. Mēses.	זְכַרְיָה בְּנוֹ	Zacharias filius eius. 4.Regum. 15.
1. Mēse.	שַׁלּוּם בֶּן יָבֵשׁ	Salum filius Iabes. 4.Regū. 15.
10	מְנַחֵם בֶּן גָּדִי	Manachem fili⁹ Gadi. 4.Regū. 15.
2	פְּקַחְיָה בְּנוֹ	Phaqee filius eius. 4.Regum. 15.
20	פֶּקַח בֶּן רְמַלְיָהוּ	Phaqee filius Romelie. 4.Regū. 15.
9	הוֹשֵׁעַ בֶּן אֵלָה	Hose filius Ela. 4. Regum. 16.

Robo

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Anni regiminis.

17 רְחַבְעָם Roboam. 3. Regum. 12. et. 14.

3 אֲבִיָּם בְּנוֹ Abiam filius eius. 3. Regum. 15.

41 אָסָא בְּנוֹ Asa filius eius. 3. Regum. 15.

25 יְהוֹשָׁפָט בְּנוֹ Ioſaphath filius eius. 3. Regum. 22.

8 יְהוֹרָם בְּנוֹ Ioram filius eius. 4. Regum. 8.

7 עֲתַלְיָה Athalias. 4. Regum. 8. et. 11.

1 אֲחַזְיָהוּ בֶּן יְהוֹרָם Ocozias filius Ioram. quarto Regum octauo.

40 יְהוֹאָשׁ Ioas. 4. Regum. 12.

29 אֲמַצְיָה בְּנוֹ Amaſias filius eius. quarto Regum decimo quarto.

52 עֻזִּיָּה .i. עֻזִּיָּהוּ בְּנוֹ Azarias vel Vzias filius eius. 4. Regum. 15. et. 2. Paralippo. 26.

16 יוֹתָם בְּנוֹ Iotham filius eius. 4. Regum. 15.

16 אָחָז בְּנוֹ Achaz filius eius. 4. Regum. 16.

29 חִזְקִיָּהוּ בְּנוֹ Ezequias filius eius. 4. Regum. 18.

55 מְנַשֶּׁה בְּנוֹ Manaſes filius eius. 4. Regum. 21.

2 אָמוֹן בְּנוֹ Amon filius eius. 4. Regum. 21.

31 יֹאשִׁיָּהוּ בְּנוֹ Ioſias filius eius. 4. Regum. 22. et ſecundo Paralippo. 34.

3. Mēſes. יְהוֹאָחָז בְּנוֹ Ioachaz filius eius. 4. Regum. 23.

11. Annos. יְהוֹיָקִים אָחִיו Ioſaquim frater eius. quarto Regum. 23.

3. Mēſes. יְכָנְיָה בְּנוֹ .i. יְהוֹיָכִין Ioachin vel Iechonias filius eius. 4. Regum. 24. et. 25.

11. Anni. צִדְקִיָּהוּ Sedequias. 4. Regum. 24.

Aha-

UVA. BHSC. IyR_123

אַהֲרֹן Aharon Pontifex. Exodi. 28.

אֶלְעָזָר בְּנוֹ Elazar filius eius Pontifex. Leuitici. 10. et Nume. 20.

אִיתָמָר אָחִיו Ithamar frater eius. Leuiti. 10,

נָדָב אָחִיו Nadab frater eius. Leuiti. 10,

אֲבִיהוּא אָחִיו Abihu frater eius. Leuiti. 10.

פִּינְחָס בֶּן אֶלְעָזָר Phinees filius Elazar Pōti. Nu. 24.

אֲבִישׁוּעַ בְּנוֹ Abisue filius eius Pōti. 1. Paral. 6.

בֻּקִּי בְּנוֹ Boqui filius eius Ponti. 1. Paral. 6.

עֻזִּי בְּנוֹ Ozi filius eius Pōtifex. in eodem.

עֵלִי Heli. Pontifex. primo Regum. 1.

חָפְנִי בְּנוֹ Ophni filius eius, in eodem.

פִּינְחָס אָחִיו Phinees frater eius. in eodem.

זַרְחְיָה בֶּן עֻזִּי Zaraias. Pontifex filius Ozi. primo Paralippomenon. 6.

מְרָיוֹת בְּנוֹ Meraioth filius ei? Ponti. in eodē.

אֲמַרְיָה בְּנוֹ Amarias filius eius Ponti. in eodē.

אֲחִיטוּב בְּנוֹ Achitob filius eius Ponti. in eodē.

אֲחִיטוּב בֶּן פִּינְחָס בֶּן עֵלִי Achitob filius Phinees filius Heli Pontifex. Neemi. 11.

אֲחִימֶלֶךְ Achimelech. primo Regum. 21.

אֶבְיָתָר בְּנוֹ Ebiathar filius eius Pontifex. primo Regum. 30. et. 2. Regum. 15, et. 20.

יְהוֹנָתָן בְּנוֹ Ionathan filius eius. 2. Regum. 15.

צָדוֹק Sadoc. Pōti. 2. Regū. 15. 20. et. 3. Re. 1.

אֲחִימַעַץ בְּנוֹ Achimaas fili? ei? Pōti. 2. Reg. 15. 18

עֲזַרְיָה בְּנוֹ Azarias filius eius Ponti. 1. Paral. 6.

עִירָא הַיְאִירִי Hira hiraites. 2. Regum. 20.

Ioia-

UVA. BHSC. IyR_123

יְהוֹיָדָע Ioiadaa.Pontifex.4.Regum.11.

זְכַרְיָה בְּנוֹ Zacharias filius eius. 2. Paralippo.24.

יוֹחָנָן בֶּן עֲזַרְיָה בֶּן אֲחִימַעַץ Iohanan Pontifex filius Azarie filii Achimaas. 1.Paralippo.6.

עֲזַרְיָה בְּנוֹ Azarias filiꝰ eiꝰ Pōti.in eodē.et.2.Para.26.

אֲמַרְיָה בְּנוֹ Amarias filius eius Ponti. 1. Parali.6.

אֲחִיטוּב בְּנוֹ Achitob filius eius Ponti. in eodem.

צָדוֹק בְּנוֹ Sadoc filius eius Ponti. in eodem.

שַׁלּוּם בְּנוֹ Salum filius eius Ponti. in eodem.

חִלְקִיָּה בְּנוֹ Helquias filius eius Pontifex. in eodem.

עֲזַרְיָה בְּנוֹ Azarias filius eius Pontifex. in eodem.

שְׂרָיָה בְּנוֹ Saraias filius eius Pontifex. in eodem.

Et quarto Regum. 25.

יְהוֹצָדָק בְּנוֹ Iosadac filius eius Pontifex. in eodem. et Esdre. 3. et Aggei. 2.

יְהוֹשֻׁעַ בְּנוֹ Iosue filius eius Pontifex. Esdre. 3. et Aggei secundo.

יוֹיָקִים בְּנוֹ Ioiaquim filius eius Pontifi.Neemiæ.12.

עֶזְרָא בֶּן שְׂרָיָה Esdras filiuś Saraie. Esdre.7.

צְפַנְיָהוּ Sophonias Ponti. 4. Regum. 25.

אֶלְיָשִׁיב Eliasib Pontifex. Neemiæ. 3.

יוֹחָנָן בְּנוֹ Ioanan filius eius Ponti.Neemiæ.12.

יִרְמְיָהוּ בֶּן חִלְקִיָּהוּ Hieremias filius Helquiæ.Hiere.1.

נְחֶמְיָה Neemias,neemiæ. 1. et. 12.

יְהוּדָה Iudas Pontifex. Neemiæ. 11.

יַדּוּעַ Iadoaa Pontifex. Neemiæ. 12.

Et alios plures sacerdotes reperies. Esdre. 2. et. 7. et Neemiæ. 11. et. 12.

Onias

UVA. BHSC. IyR_123

חַנַנְיָה .I. אוֹנְיָה Onias Pontifex.
שִׁמְעוֹן בְּנוֹ Symon Pontifex.
אֶלְעָזָר אָחִיו Elazar frater eius Pontifex.
חַנַנְיָה .I. אוֹנְיָה בְּנוֹ Onias filius eius Pontifex.
שִׁמְעוֹן בְּנוֹ Symon filius eius Pontifex.
אוֹנְיָה בְּנוֹ Onias filius eius.
שִׁמְעוֹן בְּנוֹ Symon filius eius.
חַנַנְיָה .I. אוֹנְיָה Onias Ponti. Ecclesiastici. 50.
מַתִּתְיָה בֶּן יוֹחָנָן Mathathias filius Ioanan Pōtifex.
יְהוּדָה בְּנוֹ Iudas filius eius Pontifex.
יוֹנָתָן אָחִיו Ionathas frater eius Pontifex.
שִׁמְעוֹן אָחִיו Symon frater eius Pontifex.
יוֹחָנָן אָחִיו Ioanan frater eius.
חַשְׁמוֹנָאי Hasmunai.

¶ Aristobolus. Alexander. Hircanus. Antigonus.

¶ Isti quattuor præfuerunt in templo Hierosolymitano post historiam Maccabeorum, & post editionem Ecclesiastici, sed eorum memoria sumitur ex libro Iosephi de antiquitatibus iudæorum. Et fuerunt simul Pontifices & Reges iudæorum. Post eos regnauit Herodes, sub quo natus est Christus deus noster.

¶ NOMINA PROPHETARVM VETeris legis, qui non scripserunt suas prophetias.

שְׁמוּאֵל Samuel. 1. Regum. 1.2. et. 3.
נָתָן Nathan. 2. Regum. 12.
גָּד Gad. 2. Regum. 24.
שְׁמַעְיָהוּ Semeias. 3. Regum. 12.

Achias

UVA. BHSC. IyR_123

אֲחִיָּהוּ Achias. 3. Regum. 14.
יֵהוּא בֶּן חֲנָנִי Iehu filius anani. 3. Regum. 16.
אֵלִיָּהוּ Elias. 3. Regum. 17.
מִיכָיְהוּ בֶּן יִמְלָה Micheas filius Iemla. 3. Regum. 22.
אֱלִישָׁע Eliseus. 4. Regum. 2.
דְּבוֹרָה Debora. Iudi. 4.
חֻלְדָּה Olda. 4. Regum. 22.

¶ NOMINA PROPHETARVM VE teris legis, qui suas prophetias scripserunt.

מֹשֶׁה Moyses. Nu. 12. Deu. vltimo
יְשַׁעְיָהוּ Esaias.
בָּרוּךְ Baruch.
יִרְמְיָהוּ Hieremias.
יְחֶזְקֵאל Ezequiel.
הוֹשֵׁעַ Hosee.
יוֹאֵל Ioel.
עָמוֹס Amos.
עֹבַדְיָה Abdias.
יוֹנָה Ionas.
מִיכָה Micheas.
נַחוּם Nachum.
חֲבַקּוּק Abaquq.
צְפַנְיָה Sophonias.
דָּנִיֵּאל Daniel. חַגַּי Aggeus.
זְכַרְיָה בֶּן בֶּרֶכְיָה Zacharias filius Barachiæ.
מַלְאָכִי Malachias.

¶ Terminorum & pōtificum Catalogi. Finis.

UVA. BHSC. IyR_123

EIVSDEM
ALFONSI ZAMORENSIS

breuis tractatus de Orthographia he-
braica, quæ potissimum versa-
tur circa pūcta vocalia, &
litteras occiosas.

PROLOGVS.

AD COMPLEMENTVM ARtis grammaticæ hebraicæ necessarium duximus addere eius Orthographiæ regulas, ex vsu atque autoritate veterum hebrę orum in hac re peritissimorū. Et licet hęc grammaticæ pars in omni alio idiomate sit valde accommoda, tamen in hebræo sermone censetur plurium necessaria, eo quod hæc lingua prę aliis sit magis arida, & pauciora habens vocabula, cum sit maxime breuis & copiosa. Quare necessarium fuit in ea plurima vocabula esse æquiuoca, & plures habentia significationes sub eadem contextura litterarum. Ad explicandam ergo significatorum diuersitatem inuenta sunt puncta vocalia, nam eædē litterę cum aliis atque aliis punctis aliam & aliam habent significationē, vt אֲלַף aleph est docuit אֶלֶף eleph vero est mille. ¶Est præterea alia ad hoc ratio necessitatis pūctorū vocaliū, quia cum eidē vocali latinæ correspōdeant plures punctorū differētiæ in hebræo, opus fuit per Orthographiæ regulas declarari, quādo & in quib⁹ dictionibus

UVA. BHSC. IyR_123

bus pro vocali.a. debeat poni punctus cameç hebraicus, & quando patha vel alius punctus. ſimiliter loco vocalis. e.aliquando ſcribitur çere, aliquando çegol,vel ſeua &c. Vt ſuperius in principio primi libri noſtræ Artis declaratum eſt. Et per hunc etiam modū declaratur multiplex æquiuocatio vocabulorum hebraicorū.nam אֵל el cum çere eſt deus. ſed אֶל el cum çegol eſt articulus datiui caſus. ſimiliter מֵתִים methim cum çere in prima littera ſignificat mortuos. ſed מֶתִים cum puncto ſeua ſignificat viuentes mortales. Item punctus dagues in medio litteræ ſolet mutare ſignificationē, & ita de aliis multis in ſacræ ſcripturæ ſeriç. Diſcernuntur etiam per hæc puncta vocalia diuerſæ partes orationis,vt nomen,& verbum. Item accidētia partium,vt genus maſculinum,& fœmininum, perſona,numerus,& alia huiuſmodi. ¶ Quare in hac orthographia ſequemur ordinem capitulorum grāmaticæ, ſcilicet de nomine,pronomine,& verbo. Quibus tamen quaſdam præmittemus regulas generales quæ ſequūtur.

¶ Caput primū,orthographiæ ponit quaſdam regulas generales recte ſcripturæ hebraicæ.

HArum regularum duo ſunt genera. Quędam enim regulæ ſunt de litteris, aliæ de punctis vocalibus, Ad intelligendas regulas de litteris repetimus hic in primis alphabetum hebraicum, quod in principio noſtræ huius Artis ſuperius prælibauimus. אב גד הו זח טי כך למ נן סע פף צץ קר שת ¶ Sit igitur omnīū hæc prima regula generalis orthographiæ noſtræ, quod harum viginti & ſeptem litterarum hæ quinque ךמנפץ ſunt

UVA. BHSC. IyR_123

sunt duplices, hoc est quinque binarii litterarum, & cuiuslibet binarii prior littera semp scribitur in principio vel medio dictionis, & nunquàm in fine, posterior vero semper in fine, & nunquàm in principio vel medio scribitur dictionis. Et ideo iste quinque posteriores dici solent litteræ finales, quæ etiam nunquàm scribūtur cum punctis vocalibus, neque per seipsas faciunt syllabam, sed semper colliguntur ad syllabam litteræ præcedentis, excepta littera כ chaph, quæ nunquàm venit sine apice cameç vel seua, & nunquàm venit cum alio puncto vocali. similiter littera נ nun, aliquādovenit cū puncto cameç, & nunquàm cum alio apice. ¶ Secunda regula est, de quattuor litteris ociosis, scilicet אֲהָוִי nam istarum nulla ponitur ociosa in principio dictionis, sed solū in medio vel fine. Differenter tamen, quia ה he littera semper sit ociosa in fine dictionis, & nunquàm in medio, aliæ vero tres אוי possunt & in medio, & in fine fieri ociosę. Insuper cum vltima littera dictionis subscribitur cum vocali puncto chiric semper debet addi iod ociosa in fine, vt Ecclesiastes secundo cap. אָמַרְתִּי אֲנִי בְּלִבִּי ideſt dixi ego in corde meo. & alibi sæpius in sacra scriptura. ¶ Tertia regula sit, de sex litteris, quę recipere possunt dagues & raphe, scilicet בְּגַדְכַּפְתָּ nam quælibet istarum semper venit scripta cum altero prædictorum punctorum, verum quando aliqua istarum litterarum existens in principio dictionis, sequitur immediate litterā ociosam, quæ erat in fine dictionis præcedentis, prope semper scribenda est cum pūcto raphe vel sine dagues. Huius rationem

UVA. BHSC. IyR_123

assignant, quia litteræ ociosæ sunt litteræ nominis dei: cir ca quas omnis alia littera perdit suum rigorem, & humi liatur ob reuerentiam illius nominis, ad hoc significan dum allegant quidam hebræi illum versum Psalmi.64. וְיִירְאוּ יוֹשְׁבֵי קְצָוֹת מֵאוֹתֹתֶיךָ ideſt timebunt qui habitant terminos à signis tuis, vbi dictio אוֹתוֹת quę significat signa, etiam solet actipi pro litteris, vt sit sen sus timebunt litteræ existentes in extremis dictionum à litteris tuis, ideſt nominis tui. Et quandocunque duæ istarum sex litterarum immediate sibiipsis iunguntur in eadem dictione, communiter vna earum scribitur cum da gues, & altera cum raphe, & frequentius prior earum ha bet dagues, vt דָּבַק ideſt adhæsit. Et hoc maxime con tingit quando prior illa littera scribitur cum puncto se ua, vt בְּפַרְעֹה ideſt in pharaone, ¶ Quarta regula est, de his quinque litteris אַהֲחַעַר quæ non recipiunt da gues. nam omnes alię litterę alphabeti hebraici possunt re cipere punctum illum exceptis istis quinque, litteræ insu per quinque finales non recipiunt dagues præter chaph, quæ aliquando scribitur cum dagues. Est etiam alia litte ra שׁ sin quæ nunquam scribitur sine puncto super eam posito, qui ad partem dexteram dicitur siboleth, ad sini stram vero çiboleth hactenus de litteris.

¶ Dicamus iam de punctis vocalibus.

SVpponamus in primis distinctionē decem punctorū vocaliū, nam eorū quinq; sunt principales, quos he bræi vocāt מְלָכִים .i. reges, qui etiā, hoc versu denotātur פִּיתוּחֵי חָתָם .i. sculpturę sigilli, & sunt isti, camęç. çere holē

UVA. BHSC. IyR_123

. holem ו vau ſurec י chiric cum iod. alii quinque ſunt minores, quos hebræi vocant עַבְדִים .i.ſeruos, & ſunt ַ pathach ֶ çegol ֵ cameç chateph ֲ ſurec trium punctorũ quem hebræi vocant קְבוּץ שְׁפָתַיִם .i.cõiũctionẽ labiorũ & chiric ſine iod.alia vero duo pũcta,de quib? ſupra in principio Artis grãmaticæ.ſ. ְ ſeua & ֱ pathachateph apud hebræos,non dicũtur pũcta vocalia, ſed miniſtri aliorũ decẽ ſupradictorũ.Et ratio eſt,quia null? iſtorũ duorũ ſolus ſcribi poteſt in aliqua dictione, niſi veniat alicui aliorũ decẽ aſſociatus. Vnde ſit hęc prima regula generalis de pũctis, qđ in dictione monoſyllaba rariſſime ponit ſeua neq; pathachateph. ¶Secũda regula,qđ hęc tria pũcta vocalia.ſ. ֳ ֵ ֻ quę dicũtur cõpoſita rariſſime ponũtur niſi in quattuor litteris gutturalib?,q̃ ſunt iſtę. אהחע ¶Tertia regula de pũctis principalib? ſit hęc,qđ rariſſime poſt pũctũ principalẽ littera immediate ſequẽs in eadẽ dictione poteſt habere dagues,vt פָּקַד .i.viſitauit דָּבָר .i.verbũ. Excipitur ab hac regula caſus ille, quo in littera pũcti principalis poneret accẽtus dictionis,nã tũc littera ſequẽs bene poſſet habere dagues. Et hoc ratione illi? accẽtus qui apte diuidit illũ pũctũ a dagues,vt לָמָּה .i.quare שָׁמָּה .i.ibi vel illic. Ratio hui? tertiæ regulæ eſt, quia in quolibet puncto principali includitur vna littera ocioſa occulta,quæ vt pri? dixim? poſt ſe nõ admittit dagues,vt פָּקַד .i.viſitauit. nam in illo pũcto cameç includitur littera aleph ocioſa. ¶ Quarta regula,qđ duę primę litterę alicui? dictionis nunq̃ ambæ veniũt cũ eodẽ puncto ſeua,& ſi vtraq; egeat puncto vocalis.e.ſola vna earũ

UVA. BHSC. IyR_123

ſcribitur cū ſeua, altera vero cū çere. I. çegol, vt בְּרֵאשִׁית ideſt in principio. Et quādocūq; poſt pūctū principalē immediate ſequitur ſeua in eadē dictione, fere ſemp ponitur accentus dictionis in illa littera puncti principalis, vt פָּקְדוּ ideſt viſitauerunt יָשְׁבוּ ideſt habitauerūt פִּינְחָס ideſt phines. ſed hoc non habet locum in punctis minoribꝰ, vt אֶפְקֹוד ideſt viſitabo. ¶ Quinta regula, quod quandocunque finalis littera dictionis fuerit alterutra iſtarum duarum ח ע gutturalium, ſi debeat ſcribi cum puncto vocalis. a. ille debet eſſe pathach, & non cameç, vt נֹחַ ideſt Noe יֵשׁוּעַ ideſt Ieſus מָשִׁיחַ ideſt Chriſtus. Econtra vero ſi vltima dictionis ſyllaba debeat ſcribi cum vocali. a. & poſt illum punctum ſequatur littera ocioſa א aleph, vel ה he punctus ille debet eſſe cameç, & non pathach, vt גָּלָה ideſt reuelauit בָּא ideſt venit אָמָה ideſt ancilla. ¶ Sexta regula, quod punctus vocalis. u. qui dicitur ſurec quibuç nunquàm ponitur in fine dictionis, ſed ſolum in principio vel medio. ſurec vero cum vau in omni loco poni poteſt. t. in principio medio & fine dictionis, vt וּפָקְדוּהוּ ideſt & viſitabunt eum. ¶ Deniq; aduertendum, quod in cōmuni vſu præceptorum hebraicæ linguæ duo puncta vocalis. a. vocantur ſic קָמֶץ גָּדוֹל ideſt cameç magnum פַּתַח גָּדוֹל ideſt pathach magnū, duo vero puncta vocalis. e. ſic nominant. punctum çere, קָמֶץ קָטָן ideſt cameç paruum, çegol autem vocant פַּתַח קָטָן. i. pathach paruū. Hoc ideo dicimus ne latini hebraicam linguam diſcentes, ignorent vocabula hebræorum & poſſint eos intelligere ad cōmunicandū cum eis.

Cap.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Cap̄. secundum, de Orthographia nomi
num, quantum ad omnes numeros eorum.

VEniendo iam ad regulas Orthographiæ speciales, a nominum recta descriptione incipiamus, & si mul cum nominibus etiam pronomina declarabimus. Et pro facilitate doctrinæ huius, in primis supponendū est, quod sunt quædam analogiæ vel proportiones, ad quas reduci possunt omnia nomina, quas hebræi vocant פֶּלֶס vel מִשְׁקָל ideſt pondus, מִשְׁקָלִים ideſt ponde ra, accipiendo, scilicet pondus methaphoricæ in vocibus pro simili sono vel prolatione quantum ad litteras & syl labas, eo modo quo metrificatores per consonantias se quuntur pondera vocabulorum. ¶ In proposito autem ponemus pondera ista ordine suo dispositа, & per ea re gulas Orthographiæ nominum declarabimus. Sunt au tem huiusmodi pondera plurima, sed ex eis sola ea expli cabimus, quæ magis difficilia sunt, & magis necessaria in vsu communi sacræ scripturæ, & sunt quædam ficta vocabula a doctoribus hebræis inuenta, quæ nihil aliud significant quàm regulas Orthographiæ. In ordine ve ro istorum procedemus per numerum syllabarum a mo nosyllabis incipientes. Sit igitur omnium hoc primum pondus פַּל pal, ad cuius proportionem multa nomina veniūt, vt אָב ideſt pater סֵל ideſt ros יָד ideſt manus שַׂר ideſt princeps, & alia multa. In quibus sit hæc regu la Orthographiæ, quod huiusmodi nomina fere omnia scribenda sunt per cameç, tam in singulari, quàm in plu rali, & in fine clausule. Sed quando aliquod istorum regit

UVA. BHSC. IyR_123

poſt ſe genitiuum cameç vertitur in pathach prope ſemper, vt יַד יְהוָה ideſt manus domini. Et quando ſecunda nominis littera eſt gutturalis, etiam ſi non regat genitiuum poteſt ſcribi cum pathach, vt אַח ideſt frater, פַּח ideſt laqueus, ſed in fine clauſulæ ſemp huiuſmodi nomina ſcribūtur per cameç. ℂ Secūdum pondus analogiæ, ſit hoc פָּל pel, ad cuius proportionē veniunt, hæc nomina אֵל ideſt deus, אֵם ideſt mater, בֵּן ideſt filius גֵּר .i. peregrinus. In quibus ſit hæc regula, quod fere ſemp huiuſmodi nomina ſcribēda ſunt per çere in ſingulari numero, etiam in fine clauſulę. Sed quādo regunt genitiuū ſcribūtur frequēter cum çegol, vt בֶּן אֱלֹהִים ideſt filiꝰ dei, בֶּן אָדָם ideſt filiꝰ hominis, excepto hoc nomine קֵן .i. nidus, quia quādo regit genitiuū mutat çere in pathach, vt קַן צִפּוֹר ideſt nidꝰ auis, Duæ tamē ſunt dictiones huius ponderis, quæ etiam ſi nō regant genitiuū ſemp debent ſcribi cū çegol, ſcilicet אֶל ideſt articulus datiui, & פֶּן ideſt ne forte. Itē hæc dictio, מֵת ideſt mortuꝰ quando in plurali numero ſcribitur cū çere iuxta hanc regulā ſignificat mortuos, quādo vero cum ſeua ſignificat viuos mortales, vt etiā priꝰ dictū eſt. Implurali autē numero nomina huiꝰ pōderis retinēt çere primæ litteræ, vt גֵּרִים .i. peregrini לֵצִים .i. deriſores. Excipiūtur tamē quędā noīa ſequētia, quæ mutāt pūctū çere ſingularis numeri in aliū pūctum in plurali, & fit ratione coincidentiæ .i. ne coincidant cum aliis nominibus aliorum ſignificatorum.

אֵל אֱלֹהִים Deus, dii. נֵס נְסִים Vexillū, vexilla.

אֵם אִמּוֹת Mater, matres. עֵז עִזִּים Capra, capræ.

Filiꝰ

UVA. BHSC. IyR_123

בֵּן בָּנִים Filiꝰ,filii. עֵט עֵטִים Calamꝰ,calami.
דֵּךְ דְּכִים Palatū,palata. עֵת עִתִּים Tempus,tẽpora.
חֵץ חִצִּים Sagitta,ſagittę. קֵן קִנִּים Nidus,nidi.
לֵב לְבוֹת Cor, corda. קֵץ קְצִים Finis, fines.

¶ Tertium huius analogię pondus eſt פִּיל pil,ad cuius proportionem veniunt hæc nomina, אִישׁ ideſt vir, דִּין ideſt iudicium, סִיר ideſt olla, שִׁיר ideſt canticum,& alia plura,quæ ſcribenda ſunt cum puncto chiric , tam in ſingulari numero, quàm in plurali , & etiam in fine clauſulæ , excepto hoc nomine, עִיר ideſt ciuitas , quæ in plurali numero facit, עָרִים ideſt ciuitates. ¶ Quartum pondus eſt פּוֹל pol, ad cuius proportionem veniunt hæc nomina, אוֹר ideſt lux, אוֹת ideſt ſignum, בּוֹר ideſt puteus, דּוֹר ideſt generatio,& alia plura.In quibus pūctus vocalis holem nō mutatur à ſingulari in pluralem,nec etiam in fine clauſulæ, exceptis his חֹק חֻקִּים ideſt præceptum , præcepta, יוֹם יָמִים ideſt dies,dies, לוֹג לוּגִים ideſt menſura,mẽſuræ.ſrerum liquidarū. ¶ Quintū pōdus eſt פּוּל pul, ad cuius proportionẽ,hæc nomina procedūt, אוּד ideſt ticio, אוּר ideſt ignis, גּוּר ideſt catulus,& alia plura. In quibus pūctus ſurec in nullo caſu mutatur, hoc eſt, neqꝫ in plurali numero, neque in fine clauſulæ,neque cum regunt genitiuum. Hactenus de monoſyllabis nominibus per quinqꝫ pōdera ſupradicta, in quibus omnibus regula generalis eſt,qđ pūctus vocalis primæ litteræ nominis non mutatur niſi in exceptionibus paucis iam poſitis.

¶ Dicamus iam de nominibus duarum ſyllabarum.

UVA. BHSC. IyR_123

VBi aduertendum, quod in tribus vltimis ponderi bus, scilicet pil.pol. pul. ponebatur littera media ociosa, ideſt vocalis quæ non ſonat, ideo inter nomina diſſyllaba incipiemus a pondere, in quo littera media eſt vocalis, ſed non ociosa, hoc eſt פַּעַל pail, ad cuius proportionem veniunt, hæc nomina, אַיִל ideſt aries, בַּיִת ideſt dom9, זַיִת ideſt oliua arbor, לַיִל ideſt nox. In quibus littera prima nominis ſubſcribitur puncto pathach,& cum accentu in ea, ſed in fine clauſulæ pathach vertitur in cameç. Item quando nomen illud regit genitiuum poſt ſe pathach vertitur in çere,& ſimiliter in numero plurali. Exemplum primi, בֵּית אֱלֹהִים ideſt domus dei. Exemplum ſecundi, עֵינַיִם ideſt oculi. Et in his duobus mutationibus littera iod media manet ociosa. Ab hac vero regula formationis numeri pluralis excipiuntur quędam nomina, quæ aliter mutant punctū vocalem primæ litteræ,& in aliquibus eorum iod profertur,nec manet ociosa,Qualia ſunt hęc, בַּיִת בָּתִּים ideſt domus, domus, חַיִל חֵילִים ideſt exercitus, exercitus, עַיִר עֲיָרִים ideſt pullus,pulli, תַּיִשׁ תְּיָשִׁים ideſt hircus, hirci. ¶ Secundum pondus nominum diſſyllaborum ſit פָּעַל pahal,ad cuius proportionemveniunt,hęc nomina, דָּבָר ideſt verbum, עָנָן ideſt nubes, נָחָשׁ ideſt ſerpens. In quibus vterque punctus vocalis de.a.debet eſſe cameç etiam in fine clauſulæ, verumtamen quando tale nomen regit genitiuum primus punctus vertitur in ſeua,& ſecundus in pathach, vt דְּבַר יְהוָה ideſt verbum dñi, נְחַשׁ נְחָשֶׁת ideſt ſerpens ſerpētis. Sed quando

UVA. BHSC. IyR_123

do littera prima nominis est gutturalis, etiam si tale nomen regat genitiuum vel formet pluralem numerum, cameç primæ litteræ vertit in pathachateph, vt עֲנַן יְהוָה ideſt nubes domini, עֲשַׁן הָעִיר ideſt fumus ciuitatis, ſed de hoc ſupra in cap. primo, in ſecunda regula de punctis vocalibus. Et in formatione numeri pluralis talium nominum primus cameç vertitur in ſeua, & ſecundus manet, vt חֲכַם חֲכָמִים ideſt ſapiens, ſapiētes, דָּבָר דְּבָרִים verbum, verba. Tria tamen ex his nominibus recipiunt dagues in vltima littera ſubſtantiali quādo formant numerum pluralem, hæc ſunt גָּמָל גְּמַלִּים ideſt camellus, camelli, קָטָן קְטַנִּים ideſt paruus, parui, שָׁפָן שְׁפַנִּים ideſt cuniculus, cuniculi. ¶ Hæc vero prædicta regula, de mutatione ſecundi cameç in pathach, quando nomen huius analogiæ regit genitiuum, etiam habet locum & obſeruanda eſt in omnibus aliis nominibus diſſyllabis quorum ſecundus punctus eſt cameç, quorum pondera hæc ſunt פָּעָל peal פָּעָל pial פָּעָל poal פָּעָל pual. In numero autem plurali hæc quattuor pondera, etiam ſeruant cameç ſecundæ ſyllabæ, ſicut alia ſupradicta. primum etiam punctum pro maiore parte non mutatur in eis. Sunt & alia pondera in nominibus diſſyllabis prædictis quattuor contraria, ſcilicet quæ habent primum punctum vocalem cameç, & ſecundum variant per vocales, ad hunc modum פָּעַל pael פָּעִיל pail פָּעֹל paol פָּעוּל paul, Qualia ſunt, זָקֵן ideſt ſenex, נָזִיר ideſt nazareus, גָּדוֹל ideſt magnus, בָּרוּךְ ideſt benedictus. In quibus ſit hæc regula, quod quando regunt genitiuum aut

UVA. BHSC. IyR_123

aut formant numerū pluralem cameç vertitur in seua, vt נְזִיר אֱלֹהִים .i.nazareus dei נְזִירִים .i.nazarei. Excipiū tur tamē nomina quarti pōderis pahul, quia si habēt da gues in secūda syllaba prim⁹ pūctus cameç vertitur in pa thach, vt תַּנּוּר תַּנּוּרִים .i.furnus, furni, nunc̄ tamē per ditur pūctus vocalis.a. Et generaliter quādo nomē habet dagues immedia litteram nunc̄ vel raro mutāt vocalē pri mæ litteræ in formatione numeri pluralis vel si regit ge nitiuū. Secūdus vero pūctus vocalis fere semper manet, ex cepto pōdere pael, vt זְקַן בֵּיתוֹ .i.senex domus suæ. ¶ Ad dimus alia duo pondera vsitata in sacra scriptura. s. פְּעוֹל peol בָּעוּל peul, Qualia sunt אֵפוֹד .i.suphumerale גְּבוּל ideſt termin⁹. In quorū pōderū primo vocalis. e. scribitur per çere, in secūdo per seua. In quib⁹ nullus pūctus voca lis mutatur, siue regāt genitiuū, siue formēt pluralē nume rū. ¶ Est denic̄ aliud pōdus etiā frequentissimū in sacra scriptura. s. פָּעֲל pehel, ad cuius proportionē hæc nomi na procedūt, אֶבֶן i lapis, אֶרֶץ ideſt terra, חֶרֶב ideſt gla dius, מֶלֶךְ ideſt rex &c. In quibus vterc̄ pūctus vocalis est çegol, in aliquibus tamen primus pūctus est çere, vt חֵלֶב ideſt adeps, חֵלֶק ideſt pars &c. Et quādo vltima lit tera talis nominis fuerit gutturalis, secūdus punctus ver titur in pathach, vt זָבַח ideſt sacrificiū, סֶלַע ideſt petra vel rupis &c. Sed in fine clausulę pathach efficitur cameç. Et quādo littera media est gutturalis ambę litterę primę veniunt cum pathach & accētu in prima, vt נַעַר .i.puer. In omnibus autē aliis nominib⁹ huius proportionis cū fuerit finis clausulę prim⁹ pūctus vertitur in cameç, exce

ptis

UVA. BHSC. IyR_123

ptis aliquibus quæ suum punctum vocalis. e. obseruant etiam in fine clausulæ, Qualia sunt hæc. & quædam alia.

בֶּגֶד Ideſt pānus.	נֶגֶד Ideſt incōſpectu.
בֶּטַח Ideſt confidentia.	נֶדֶר Ideſt votum.
גֶּפֶן Ideſt vitis.	נֶצַח Ideſt in æternum.
חֵלֶב Ideſt adeps.	סֵפֶר Ideſt liber.
חֵלֶק Ideſt pars.	עֶדֶן Ideſt voluptas.
מֶלֶךְ Ideſt rex.	עֵדֶר Ideſt grex.
מֶתֶג Ideſt frenum.	צֶדֶק Ideſt Iuſtitia.

¶ Et licet quando huiuſmodi nomina regunt genitiuum non mutent ſua puncta vocalia, tamen in formatione numeri pluralis mutant primum punctum in ſeua, & ſecundum in cameç, vt בְּגָדִים ideſt panni מְלָכִים ideſt reges, נְדָרִים ideſt vota, סְפָרִים ideſt libri. Sed ſi prima nominis littera fuerit gutturalis, illa in plurali ſubſcribitur cum pathachateph, iuxta regulam ſuperius expoſitam, vt עֲבָדִים ideſt ſerui, חֲלָבִים ideſt adeps, חֲלָקִים ideſt partes, & alia huiuſmodi. Poterant hic alia multa pondera, & regulæ dari non ſolum de nominibus monoſyllabis, & diſſyllabis verumetiam de polyſyllabis, ſed quæ poſitæ ſunt hic, & ſupra in primo libro grammaticæ in capitulo de nomine, tam in regulis, quàm in exceptionibus earum, videntur ſufficere ad introductionem incipientium, & ad communem vſum ſacræ ſcripturæ. Dicimus tamen pro concluſione, quod in aliis omnibus pōderib? vel nominibus a prædictis, & etiā in polyſyllabis nominib? rariſſime mutantur puncta vocalia duarū primarū ſyllabarum, neq; etiā in nomi

nib?

UVA. BHSC. IyR_123

nibus quorum prima littera est gutturalis, non mutatur dico in formatione numeri pluralis, in regimine genitiui neque in fine clausulæ. Exemplum in nominibus dissyllabis, זְאֵב זְאֵבִים ideſt lupus, lupi. Exemplum in polyssyllabis, לְבֵנָה לְבֵנִים ideſt later, lateres, שׁוֹשַׁנָּה שׁוֹשַׁנִּים ideſt lilium, lilia. Exemplum de prima littera gutturali, עַמּוּד עַמּוּדִים ideſt columna, columnæ, חָרוּץ חֲרוּצִים ideſt ſolicitus, ſoliciti. ¶ Reſtat ad complementum Orthographiæ nominum, vt de vltimis ſyllabis numeri pluralis dicamus, poſtquàm de primis, & ſecundis in ſuperioribus regulis diſeruimus. Ad huius rei noticiam rememoramus terminationes plurales nominum eſſe duas, ſcilicet maſculinorum in.im. fœmininorū in.oth. ¶ Tūc ſit hæc prima regula, quod terminatio plu ralis in.im. ſcribenda eſt per pūctum chiric cum iod ocioſa ſequente, etiam ſi ſit finis clauſulæ, דְּבָרִים ideſt verba. Et quando tale nomen plurale regit poſt ſe genitiuum, chiric mutatur in çere, & nihilominus manet iod littera ibi ocioſa, vt דִּבְרֵי הַיָּמִים ideſt verba dierum. ¶ Secunda regula, quod terminatio pluralis in.oth. ſcribenda eſt, per holem cum vau ocioſa, etiam in fine clauſulæ pro maiore parte, vt אֲשׁוֹת ideſt mulieres, & dato quod nomen illud plurale regat genitiuū punctus ille vocalis non mutatur, vt בְּנוֹת מְלָכִים ideſt filiæ regum. ¶ Tertia regula, quod numerus dualis, qui ſemper terminatur in.im. cum iod conſonāte, requirit penultimā ſyllabam cum pūcto pathach & cum accentu in eadem, vt יָדַיִם ideſt manus, שָׁמַיִם ideſt cœli. Et ſi ante penultima ſyllaba habue-

UVA. BHSC. IyR_123

buerit punctum vocalis. a. ille debet esse cameç, vt patet in exēplis dictis. Et in fine clausulæ punctus ille pathach penultimæ syllabæ vertitur in cameç, vt Geneſis primo, וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָרָקִיעַ שָׁמָיִם ideſt & vocauit deus firmamentum cœlum. Hactenus de Orthographia nominum, quantum ad vtrunque numerum. ¶ Verumtamen est notandum, quod hoc nomen אֲשֶׁר asser si habeat litteram sin cum puncto çegol est relatiuum quis vel qui, vel coniunctio quod. si autem habeat sin cum çere est nomen vnius tribus Israel, sed relatiuum inseparabile. scilicet שֶׁ habet punctum çegol, & post eum sequitur dagues, vt מְטָתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה ideſt lectulus qui Solomoni.

¶ Cap. tertiū, de casibus nominū, & de pronominibus, tam primitiuis, q̄ deriuatiuis.

IN capitulo quarto, secundi libri Artis grammaticæ dictum est, quod nomina hebraica per casus non variantur terminationibus, sed articulis, qui sunt duplices primi dicuntur inseparabiles, qui sunt quædam litteræ additæ nominibus per compositionem in principio dictionis designatæ in hac dictione. הלמב Oportet ergo videre quibus punctis vocalibus illæ litteræ debeant subscri. Sit ergo prima regula, quod quando prædictæ litteræ debent scribi cum puncto vocalis. a. ille pro maiore parte debet esse pathach, Cuius ratio est, quia littera prima nominis venit cum puncto dagues quem non potest præcedere punctus principalis, vt הַמֶּלֶךְ ideſt rex, לַמֶּלֶךְ ideſt regi, בַּמֶּלֶךְ ideſt rege, verum si prima nominis littera fuerit aliqua istarum quinque, אהחער quæ non recipiūt

UVA. BHSC. IyR_123

piunt dagues, tunc prædicti articuli possunt scribi cum cameç, vt הָאִישׁ ideſt vir, לְאִישׁ ideſt viro, בְּאִישׁ ideſt in viro. In hoc autē nomine, אֶרֶץ ideſt terra, quā do prædicti articuli veniunt cum cameç, mutatur çegol primæ litteræ in cameç, vt הָאָרֶץ ideſt terra, לְאֶרֶץ ideſt terræ, בָּאָרֶץ ideſt in terra. Hoc intelligitur verū niſi regat genitiuum, quia tunc non mutatur pūctus pri mæ litteræ, vt בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים .i. in terra Philiſtinorū. ¶Secūda regula, qđ in nominibus duarū ſyllabarū, pri ma quādo prima littera fuerit gutturalis prædicti articuli ſæpius veniunt cum pūcto çegol, הֶהָרִים ideſt montes. ¶ Tertia regula, quod quando nomen regit genitiuum illi duo articuli lamed, & beth ſubſcribuntur per ſeua, vt לְקוֹל שָׂרַי .i. voci ſare, בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים .i. in terra Phili ſtinorū. Eodē etiā modo pūctuātur iſtæ duę litterę in no mine ꝓprio, vt Geñ. ז. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ .i. dixit deus noe. & Nume. יב. בְּעַבְדִּי בְּמֹשֶׁה .i. in ſeruo meo in Moy ſe. Hæc regula fallit quādo prima nominis littera ſcribit̄ per ſeua, quia tunc iſti duo articuli ſubſcribūtur per chi ric, vt לִשְׁלֹמֹה ideſt Salomoni, בְּצִדְקָה ideſt in iuſti tia. ¶ Quarta regula, quod articulus mem fere ſemper ſcribitur per çere, מֵאִישׁ .i. a viro, excepto quādo prima nominis littera venit cū ſeua, quia tunc mem ſcribitur ꝑ chiric, vt מִצְּדָקָה .i. de iuſtitia, & poſt litterā mem ſequit̄ littera cū dagues, vt patet hic. ¶ Quinta regula, qđ litte ra he in principio dictionis poſita, nō vt ſit articulus deſi gnans caſum, ſed ad denotādū admirationē interrogatio nem aut relationē ſi debeat ſcribi cū pūcto vocalis. a. ille erit

UVA. BHSC. IyR_123

erit pathachateph. Exēplū de interrogatione, vt Exo.2. הַאֵלֵךְ וְקָרָאתִי .i. ſi ibo & vocabo? Exemplū de admiratione, vt Geñ.18. הֲשֹׁפֵט כָּל הָאָרֶץ .i. nūquid iudex omnis terrę. Exēplū de relatione. Geñ.46. כָּל הַנֶּפֶשׁ לְבֵית יַעֲקֹב הַבָּאָה .i. omīs anima de domo Iacob q̄ venit &c. ¶ Sexta regula, de his duab? litteris כ caph, & ו vau q̄ ſolēt poni ſępi? p cōpoſitionē in principio nominis. ſ. qđ iſtæ duæ litteræ, quādo debēt ſubſcribi cū pūcto vocalis a. obſeruāt regulā primā hui? cap. quātū ad vtrāq; partē ei?. Exēplū primi, vt כַּמֶּלֶךְ .i. ſicut rex, וְלַיְלָה .i. & nox. Exemplū ſecūdi, vt כְּאִישׁ .i. ſicut vir, וְאָח .i. & frater. ¶ Variātur ſecūdo caſus nominū p articulos ſeparabiles qui & prępoſitiones dicūtur, de quorū recta pūctuatione ſit hæc vnica regula, qđ שֶׁל ſel אֶל el אֵת eth, veniūt cū ęgol, & hoc verū eſt quādo, אֵת habet ẋgulā machaph alias ſcribit̄ p ęre, ſed מִן min עִם him, veniūt cū chiric ſine iod ocioſa. Et hoc cauſa differētiæ horū vocabulorū quādo ſunt p̄poſitiones, & quādo ſunt noia aliarū rerū, quia tūc aliter pūctuātur, nā שֶׁל eſt error אֶל eſt de? אֵת eſt ligo מִן eſt gen? עִם eſt fortitudo. ¶ Dicam? cōſequēter de pnominū Orthographia, q̄ vt ſuperi? dixim? ſunt duplicia. ſ. primitiua & deriuatiua. Primitiuū ergo pnomē primę pſonę. ſ. אֲנִי .i. אֲנֹכִי .i. ego. Primo modo ſcribit̄ aleph ei? p pathachateph cū accētu in vltima, ſed in fine clauſulę p cameç cū accētu in ea, vt Iu.15. וַיֹּאמֶר אֲנִי .i. & dixit: ego. Secūdo modo ſcribit̄ aleph p cameç, & cū accētu in vltima ſyllaba, ſed in fine clauſulę cū accētu in penultima, vt Geñ.25. כִּי עָיֵף אָנֹכִי .i. qa laſſus ego.

Geni/

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Genitiuus huiꝰ pronominis, ſcilicet שֶׁלִּי ideſt mei debet habere lamed cum dagues, vt differat ab illo nomine שֶׁלִּי qui eſt, eſt error vel dolus, ſecundi Regum tertio. In datiuo non dicimus אֵלִי eli ratione differentię ad nomẽ dei compoſitum, quod eſt deus meus, ſed dicimus לִי vel אֵלַי ideſt mihi, in quo venit aleph per çere, lamed per pathach, ſed in fine clauſulæ per cameç. Et generaliter hæc terminatio.ai. in hebræo inquacunque dictione obſeruat hanc regulam, quod venit cum puncto pathach & in fine clauſulæ cum cameç, excepto hoc nomine dei אֲדֹנָי adonai quod ſemper ſcribitur cum cameç, ad differentiam eiuſdem vocabuli quando eſt nomen pertinens ad homines qui dicuntur domini mei, & tunc obſeruat dictam regulam. Alia eſt ratio, de hoc nomine שַׁדַּי ideſt omnipotens quod ſcribitur iuxta regulam prædictam, quia non coincidit cum alio nomine ad homines pertinente. ¶ Accuſatiuus huius pronominis, ſcilicet אֹתִי habet primam litteram cum puncto holem cum deberet eſſe çere vel çegol, ſed mutatus eſt punctus vocalis ratione differentiæ, ad hoc nomen compoſitum cum pronomine אִתִּי qđ eſt ligo meus. ¶ Ablatiuus, ſcilicet מִמֶּנִּי habet mem ſecũdum cum çegol & dagues, & litteram nun cum dagues. Et ſimiliter aliæ duę voces eiuſdem ablatiui, ſcilicet מִמֵּנִּי vel מִמֶּנִּי habent nun cum dagues, ad differentiam huius nominis מִנְיָ quod numerum ſignificat. Eſa iæ.65. ¶ Nominatiuus אֲנַחְנוּ ideſt nos habet aleph cũ pathachateph & nun primum cum pathach. Eodem modo ſecunda vox eius, נַחְנוּ & in fine clauſulæ nun venit per

UVA. BHSC. IyR_123

per cameç. Tertia vox eius אָנוּ et genitiuus sequens, si militer & datiuus cum accusatiuo habent penultimā scriptam per cameç cum accētu in eadem, etiam si ponatur in fine clausulæ. Secunda vox datiui אֵלֵינוּ venit cum puncto çere in vtraque syllaba, ad differentiam nominis compositi, אֵלֵינוּ ideſt principes vel fortes nostri quod habet çegol in secunda syllaba. Ablatiuus, מִמֶּנּוּ ideſt nobis habet in secunda çegol cum dagues in duabus litteris. ℭ Secundæ personæ pronomē אַתָּה vel אַתְּ ideſt tu. In nominatiuo vox masculina habet aleph cum pathach, & thau cum cameç, sed in fine clausulæ vtraque littera habet cameç cum accentu in prima. Vox fœminina habet pathach in prima littera, & seua cum dagues in secunda, etiam in fine clausulæ. Genitiuus, שֶׁלְּךָ ideſt tui in voce masculina habet çegol in prima littera, & seua cum dagues in secunda. Vox fœminina שֶׁלָּךְ habet çegol in prima littera, sed cameç cum dagues in secunda. Datiui vox masculina, לְךָ ideſt tibi, habet seua in prima littera. Vox secunda, אֵלֶיךָ prima habet çere in prima, & çegol in secunda cum iod ociosa. Vox fœminina, לָךְ habet cameç in prima littera. Vox secunda, אֵלַיִךְ prima habet çere in prima littera, & pathach cum accentu in secūda, sed in fine clausulæ pathach vertitur in cameç. Accusatiui vox masculina prima, אֶתְכֶם ideſt te clara eſt. secunda אֶתְכֶה post primā litteram habet cameç in duabus sequentibus cum accentu in littera thau. Vox fœminina prima אֶתֵךְ habet litteram thau cum cameç, secunda cum çere, & vtraque sine dagues. Ablatiui vox masculina

UVA. BHSC. IyR_123

lina, מִמֵּךְ ideſt a te, habet ſecundā mem cum ſeua & dagues, vox fœminina habet eandem mem cum çere & dagues. In omnibus vero caſibus numeri ſingularis littera vltima chaph in vocibus maſculinis habet punctum cameç in fœmininis ſeua. ¶ Nominatiuus pluralis in voce maſculina, אַתֶּם ideſt, vos venit aleph cū pathach & thau cum çegol & dagues. ſimiliter in prima voce fœminina, ſcilicet אַתֶּן In ſecunda vero, ſcilicet אַתֵּנָה venit aleph cum pathach, & thau cum çere & dagues & accentu, & finalis nun cum cameç. ¶ Genitiui vox maſculina, שֶׁלָּכֶם ideſt veſtrum habet ſin litteram cum çegol, & lamed cum cameç & dagues & caph cum çegol. Eodē modo ſcribitur fœminina vox. ¶ Datiui prima vox maſculina, לָכֶם ideſt vobis habet lamed cum cameç & caph cum çegol hoc verum eſt. In his tribus caſibus .ſ. datiuo accuſatiuo & ablatiuo, tam in voce maſculina, q̄ in fœminina. Secunnda vox maſculina, אֲלֵיכֶם habet aleph cum pathach, & lamed cum çere, & iod ocioſa ſequente. Eodem modo ſcribēda eſt prima vox fœminina. אֲלֵיכֶן Aliæ duæ voces fœmininæ .ſ. לָכֶן ſcribēdę ſunt ſicut prima vox maſculina. Et hoc differentiæ cauſa. nam hęc dictio לָכֶן cum puncto çere, eſt aduerbiū propterea. ¶ Accuſatiui vtraque vox, אֶתְכֶם אֶתְכֶן ideſt vos habet aleph cū çegol. ¶ Ablatiui prima vox maſculina, מִכֶּם ideſt a vobis ex dictis patet, quia chaph venit per çegol & cum dagues, ſecunda מִכֶּכֶם habet ſecundam mem cum ſeua & dagues & chaph ſine dagues. Eiſdem modis ſcribendæ ſunt duæ voces fœmininæ.

Et

UVA. BHSC. IyR_123

Et generaliter in hoc numero plurali omnes voces masculinæ terminantur in littera mem, fœmininæ in nun per omnes casus. ¶Tertię personę primum pronomen, scilicet הוּא hu, ideſt ille ſcribitur in voce maſculina per he cum vau ſurec & aleph ocioſa, in voce fœminina, הִוא ideſt illa ſcribitur per chiric in prima littera cum vau & aleph ocioſis. Et aliquando loco vau ponitur iod ocioſa. Genitiui vox maſculina, שֶׁלּוֹ ideſt illius habet lamed cum dagues, & in fine vau ocioſa. Vox fœminina ſcribitur eodē modo, ſed cū he ocioſa in fine, quæ ab aliquibus ſcribitur cum puncto mapic, qui denotat genus fœmininum. Datiui prima vox maſculina, לוֹ ideſt illi, venit cum vau ocioſa in fine, & hoc ratione differentiæ. nam eadem dictio cū aleph ocioſa in fine, ſignificat nō. Secunda vox maſculina. ſ. אֲלֵיהֶם habet aleph cum çere, & lamed cum cameç cum iod ocioſa ſequēte & in fine vau, quæ recolligitur cum vocali præcedēte. Eſt enim regula, quod omnis terminatio de אֵיהֶם ſemper ſcribitur cum cameç. Prima vox fœminina לָהּ habet lamed cū cameç, & in fine he cum mapic. Secūda vox fœminina אֲלֵיהָ habet aleph per çere, & lamed cum çegol & accentu ſequēte iod ocioſa, & he in fine cum cameç. Accuſatiui vox maſculina, אֹתוֹ ideſt illum clara eſt, niſi qđ habet thau exile. Vox fœminina habet he in fine cū mapic. ſcilicet אֹתָהּ Ablatiui prima vox maſculina, מִמֶּנּוּ .i. illo habet çegol cū dagues in ſecūda, mem cum accētu in eadem, & nun ſequēs etiam ſcribitur cum dagues. Secunda vox maſculina מִמֶּנָּהּ in ſecunda littera nun, habet çere cum dagues

UVA. BHSC. IyR_123

& cum accentu. Tertia vox masculina מֵהֶנָּה habet primã litteram cum çegol & accentu, & secundam cum seua. Vox vnica fœminina, מֵהֵנָּה ideſt illa eodem modo scribenda eſt ſicut prima vox maſculina, excepta terminatione. Nominatiuus pluralis in prima voce maſculina, הֵם ideſt illi, habet he cum çere, ſecũda הֵמָּה ſimiliter vt prima habet he cũ çere & accentu, & mem cũ dagues. Eodẽ modo duæ voces fœmininæ הֵן הֵנָּה habent he cum çere & accentu, & in ſecunda voce venit nun cum dagues. In omnibus autem aliis caſibus huius numeri pluralis, littera he venit cũ çegol, tam in vocibus maſculinis, quàm in fœmininis, excepta ſecunda voce fœminina ablatiui מֵהֵנָּה quæ habet he cum çere, ſicut in nominatiuo. Et ſimiliter in iſto pronomine omnes voces maſculinæ plurales terminantur in mem, & omnes fœmininæ in nun, Omnia alia clara ſunt, niſi quod ille datiuus לָמוֹ habet lamed cum cameç & accentu, ille autem datiuus אֲלֵיהֶם habet duas primas litteras cum çere, ſequente iod ocioſa. In ſecundo pronomine tertię perſonæ/omnia clara ſunt, exceptis nominatiuis, nam זֶה ideſt iſte habet çegol in prima littera, & he ocioſam in fine, זֹאת ideſt iſta habet aleph ocioſam in medio, אֵלֶּה ideſt iſti vel iſtæ habet aleph cum çere & accentu, & lamed cũ çegol & dagues.

¶ De pronominibus deriuatiuis, quę ſemper veniunt in compoſitione cum nominibus, dicemus ſecundum ordinem capituli pręcedentis, primo dicendo de nominib⁹ compoſitis cum pronomine, quę ſunt monoſyllaba, deinde de aliis. Pro primis rememoranda ſunt quinque pon-

dera

UVA. BHSC. IyR_123

dera vocabulorum prius declarata, scilicet כַּל כֵּל כִּיל כּוֹל כּוּל In quibus omnibus sit hæc regula, quod pro maiore parte talia nomina in sua compositione non mutant primum punctum vocalem, vt יַד idest manus, יָדִי idest manus mea, גֵּר idest peregrinus, גֵּרְךָ .i. peregrinus tuus. שִׁיר idest canticum, שִׁירוֹ idest canticum eius, בּוֹר idest puteus, בּוֹרִי idest puteus meꝰ, צוּר idest petra, צוּרוֹ idest petra sua. Ab ista tamen regula quædam nomina composita excipiuntur, nam בַּת idest filia, בִּתִּי idest filia mea mutat primum punctum in chiric, גַּת idest torcular, גִּתִּי idest torcular meum, כַּת idest bucella panis, כִּתִּי idest bucella mea, אֵם idest mater, אִמִּי idest mater mea, חֵץ idest sagitta, חִצִּי idest sagitta mea, בֵּן idest filius, בִּנְךָ idest filius tuus, & hoc in sola secunda persona, nam in aliis personis obseruat regulam, חֹק idest præceptum, חֻקִּי idest præceptum meum, Et quædam alia excipiuntur vt in sacra scriptura aparet.

¶De nominibus autem compositis duarum syllabarum sit hæc regula generalis, quod omnes quinque analogiæ ponderum superius dictę, & incipientes a vocali.a.qui est punctus cameç, in compositione cum pronomine punctus vertitur in seua, vt דָּבָר idest verbum, דְּבָרִי idest verbum meum, זָקֵן idest senex, זְקֵנֶיךָ idest senes tui, & sic de aliis. Sed quando secundus punctus nominis fuerit vocalis.a.debet esse cameç in compositione, vt דְּבָרִי idest verbum meum, דְּבָרְךָ idest verbum tuum, & in fine clausulæ vltima littera substantialis habet çegol, vt דְּבָרֶךָ idest verbū tuū, דְּבָרוֹ idest verbum suū, exceptis

UVA. BHSC. IyR_123

his duobus quæ veniunt cum pathach. דְּבָרְכֶם דְּבָרְכֶן Sed in nominibus illius ponderis בַּיִל pail in compoſitionib⁹ pronominis primus pūctus pathach vertitur in in çere, vt בַּיִת ideſt domus, בֵּיתִי ideſt domus mea, בֵּיתְךָ domus tua בֵּיתוֹ domus ſua. In nominibus etiam huius ponderis פָּעֳל pehel. pro maiore parte çegol vel çere primæ litteræ in compoſitione vertitur in pūctum pathach,vt מַלְכִּי ideſt rex, מַלְכְּךָ מַלְכּוֹ ideſt rex meus tuus ſuus. Aliquando ille punctus vertitur in chiric,vt סֵפֶר ideſt liber, סִפְרִי סִפְרְךָ סִפְרוֹ .i. liber meus tuus ſuus. Aliquando ille punctus manet, & non muta tur maxime, quando prima nominis littera fuerit guttu ralis, vt חֵלֶק ideſt pars, חֶלְקִי חֶלְקְךָ חֶלְקוֹ ideſt pars mea tua ſua. Et in quolibet horum membrorū reperiun tur multa exempla in ſacra ſcriptura. In aliis autē nomi nibus non incipientibus a puncto vocalis.a.ſed ab aliis, regula generalis eſt, quod pro maiore parte non mutant ſua puncta prima in compoſitione cum pronomine, vt אֵזוֹר ideſt cingulum אֵזוֹרִי אֵזוֹרְךָ אֵזוֹרוֹ ideſt cingu lum meū tuū ſuū, גּוֹרָל ideſt ſors, גּוֹרָלִי גּוֹרָלְךָ גּוֹרָלוֹ ideſt ſors mea tua ſua. גְּבוּל ideſt terminus גְּבוּלִי גְּבוּלְךָ גְּבוּלוֹ ideſt terminus meus tuus ſu⁹.Hactenus de primo puncto vocali,in nominibus compoſitis. De ſecūdo au tem etiam dictum eſt, quod rariſſime mutatur. De ter tia vero ſyllaba inquàm nomē compoſitum terminatur, Dicimus quod debet ſcribi cum illis punctis vocalibus in caſibus obliquis quos ſuperius notauimus in pro nomine primitiuo. Exceptis quibuſdam paucis in qui bus

UVA. BHSC. IyR_123

bus talis terminatio non obseruat, sed habet quandam aliam quæ in nullo casu pronominis primitiui in veniebatur, vt דְּבָרֵךְ ideſt verbum tuum fœmininum, in quo nomine venit vltima littera cum çere. Eodem modo, דְּבָרֹהוּ ideſt verbum ſuum maſculinum. ſimiliter דְּבָרָם ideſt verbum ſuum vel illorum דְּבָרָן ideſt verbum ſuum vel illarum. In quibus duobus vltima littera venit cum puncto cameç. Alia plurima poterant hic adduci, quæ breuitatis gratia ommittimus putantes iſta ſufficere incipientibus, prouecti autem ex his multa alia intelligent. ℂ Denique addamus hic, quod hæc dictio כֹּל col ideſt omnis, quæ ſcribitur cum cameç & legitur per holem, in compoſitione pronominis mutat cameç in ſurec, & lamed venit cum dagues, vt כֻּלִּי כֻּלְּךָ כֻּלּוֹ כֻּלָּנוּ כֻּלְּכֶם כֻּלָּם ideſt omnis ego tu, ille, nos, vos, illi.

℄ Capitulum quartum, de Orthographia verborum, quantum ad omnes voces & coniugationes. Et in primis dicemus de voce actiua primæ coniugationis.

PRocedemus circa deſcriptionem rectam ſeu Orthographiam verborum hebraicorum, tam regularium, quàm irregularium eo ordine quo ſupra in ſecundo noſtræ grammaticæ libro tradita ſunt. Et quia ibidem capite ſeptimo poſuimus quattuor verborũ regularũ cõiugationes, quę ſunt iſtę פָּקַד כָּתַב הִפְקִיד כָּרַת Incipiam? ergo a verbis primę cõiugationis quorũ exẽplar fuit, hoc ꝟbũ, פָּקַד .i. viſitauit, de quo ſit hęc prima regula, qđ prima poſitio verborũ hui? cõiugationis .i. ter-

UVA. BHSC. IyR_123

tia persona singularis præteriti indicatiui modi, scriben-
da est per cameç in prima littera & cum pathach & accē
tu in secunda, sed in fine clausulæ vterque pūctus debet
esse cameç, vt Genesis.12. וַיהוָה פָּקַד אֶת שָׂרָה כַּאֲשֶׁר
אָמָר ideſt & domin⁹ visitauit saram sicut dixit. Verū vt
alias diximus quando post tali verbi primam vocem se-
quitur dictio monosyllaba vel dictio habēs accentum in
prima syllaba, tunc & hoc verbum habet accentum in
prima, vt Genesis primo, וַיִּקְרָא לַיְלָה ideſt vocauit no-
ctem. & Numeri.27. וְשָׁאַל לוֹ ideſt & interrogabit eū.
Et quia etiam diximus, quod prima positio primæ con-
iugationis est trifaria, in aliis duabus a prædicta, dicimus
quod primus punctus debet esse cameç/secundus çere, vt
חָפֵץ ideſt voluit, vel holem, vt יָכֹל ideſt potuit &c. In
aliis autem vocibus huius præteriti, tam in numero sin
gulari, quàm in plurali sit eadem regula generalis, quod
quando primæ duæ litteræ debent scribi cum pūctis vo
calis. a. primus semper debet esse cameç, secūdus pathach,
vt פָּקַדְתָּ ideſt visitasti, פָּקַדְתִּי ideſt visitaui &c. verum
in fine clausulę, vt diximus vterque punctus debet esse ca
meç, vt Genesis tertio, מִמֶּנּוּ אָכַלְתָּ ideſt ex eo comedi-
sti. Hæc etiam regula est vera in omnibus prędictis indi
catiui, tam in voce passiua, quàm in actiua/& hoc in om
nibus coniugationibus, quando secunda littera habet pū
ctum vocalis. a. quia debet esse pathach, & in fine clausulę
cameç. Exemplum in secunda coniugatione, פָּקַדְתָּ ideſt
visitasti. & Exodi.34. אֲשֶׁר שִׁבַּרְתָּ ideſt quas fregisti.
Vox autē fœminina tertiæ personę singularis huius prę-
teri-

UVA. BHSC. IyR_123

teriti, scilicet פָּקְדָה debet habere punctum seua in secunda littera, sed in fine clausulæ eadem secunda littera debet habere cameç cum accentu, vt Iudicū. ד. חָלַב נָתְנָה idest lac dedit. In secunda persona singulari masculina huius præteriti, פָּקַדְתָּ idest visitasti littera thau debet habere cameç cū dagues. In voce vero fœminina, פָּקַדְתְּ eadem littera thau venit cum seua & puncto dagues. Et hæc regula secundæ personæ singularis huis præteriti in vtraque voce, est generaliter obseruanda in omnibus verborum vocibus & coniugationibus. In quibus & etiam in prima persona singulari, scilicet פָּקַדְתִּי idest visitaui semper accentus venit in littera substātiali media, nisi quā do apponitur ei littera vau in principio, quia tunc accentus est in vltima syllaba, vt Deutero. ז. וְאָכַלְתָּ אֶת כָּל הָעַמִּים idest deuorabis omnes populos. ℂ Tertia persona pluralis, scilicet פָּקְדוּ idest visitauerunt obseruat regulam tertiæ personę singularis fœmininæ prius dictā, sed eidem regulæ nūc addimus, quod quando littera media fuerit gutturalis, punctus seua vertitur in pathacha teph, vt צָעֲקָה idest clamauit, צָעֲקוּ idest clamauerunt. ℂ Secunda persona pluralis, siue masculina, siue fœmina habet primam litteram cum pūcto seua, & thau cum çegol, vt פְּקַדְתֶּם idest visitastis, sed si prima littera fuerit gutturalis seua vertitur in pathach, vt אֲהַבְתֶּם idest amastis. ℂ Participii præsentis prima vox masculina singularis habet holem in prima littera cum vau ociosa sequente, quæ etiam aliquando non ponitur, & in secūda littera debet scribi cum çere & accentu in vltima, vt

UVA. BHSC. IyR_123

פּוֹקֵד ideſt viſitans, vel qui viſitat. Et hæc deſcriptio fit ratione differentiæ ad quædam nomina huius analogiæ פּוֹעַל pohel, quæ in ſecunda littera habent punctum ęgol & accentum in prima, vt חֹדֶשׁ ideſt mēſis, קֹדֶשׁ ideſt ſanctitas, שֹׁרֶשׁ ideſt radix. In huiuſmodi etiam nominibus quando littera media fuerit gutturalis ipſa ſcribitur per punctum pathach, vt צֹהַר ideſt feneſtra, בֹּחַן ideſt arx, דֹּחַן ideſt milium. Quod in hoc participio nunquam contingit, verum ſi vltima eius littera fuerit hain ע ſiue ח cheth, ſcribitur talis littera cum puncto pathach, vt שׁוֹמֵעַ ideſt audiens, בּוֹרֵחַ ideſt fugiens, Aliquando tamen illa littera vltima venit ſine puncto, ſed præcedens littera habet pathach. Pſal. 95. הַנּוֹטֵעַ אֹזֶן ideſt qui plantat aurem. ℭ Vox fœminina huius participii, ſcilicet פּוֹקֶדֶת ideſt quæ viſitat habet duplex ęgol in duabus vltimis eius litteris, ſed in fine clauſulæ littera media ſcribitur cum cameç cum accētu in eadem, vt prius habebat vt Ioſuæ. 2. וּבַחוֹמָה הִיא יוֹשֶׁבֶת ideſt & in muro illa habitabat. ℭ Vox maſculina plura lis, פּוֹקְדִים ideſt qui viſitant habet ſeua in ſecunda litte ra ſemper, niſi quādo littera media fuerit gutturalis, quia tunc loco ſeua ſcribenda eſt cū pathachateph, vt אוֹהֲבִים ideſt qui amant. Et in hoc puncto ſeua differt hoc parti cipium a nomine plurali terminato in -im. quod pro ma iore parte venit cum cameç, vt חֳדָשִׁים ideſt menſes, קֳדָשִׁים ideſt ſanctitates, שָׁרָשִׁים ideſt radices. ℭ Vox etiā fœminina pluralis habet ſeua in media littera, & hoc etiam ratione differentiæ dictæ ad nomina pluralia.

Futu

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Futuri indicatiui modi litteræ accidentales hac dictione אֶתֵּן memoratæ, scribendæ sunt cum puncto chiric in hac prima coniugatione, excepto aleph quod scribitur per çegol. Et hoc ratione differentiæ ad tertiam personam singularem masculinam eiusdem futuri, quia saltem in sono vocali coincideret cum ea, scilicet יִפְקֹד iphquod. ¶ Prima persona singularis huius futuri duas habet voces earum prima, אֶפְקֹד ideſt visitabo, habet holem in media sua littera cum vau ociosa sequente, quæ tamen aliquando dimittitur. Secunda vox אֶפְקְדָה habet eandem mediam litteram cum seua. Et breuitatis gratia, huius futuri omnes voces quæ sunt duo decim, duabus regulis Orthographiæ comprehendi possunt, nam septem earum scribuntur cum holem in littera media, excepto si illa littera media vel vltima fuerit gutturalis, quia tunc scribenda est cum puncto pathach, vt אֶשְׁמַע ideſt audiam, אֶצְעַק ideſt clamabo. Et in fine clausulæ pathach vertitur in cameç, vt Numeri decimo quarto. וְהִיא לֹא תְצֻלָּח ideſt & ipsa non proficiet. & Exodi vigesimo. לֹא תִנְאָף ideſt non fornicaberis. Aliæ quinque voces huius futuri veniunt cum seua littera media, nisi fuerit littera gutturalis, quia tunc scribenda est cum pathach, vt אֶפְקְדָה ideſt clamabo, & in fine clausulæ punctus litteræ mediæ semper debet esse cameç, vt Numeri decimo sexto, וַיִּקָּדֵשׁוּ ideſt & sanctificati sunt. Hactenus de toto futuro primæ coniugationis in voce actiua. Sed pro aliis futu-

ris

UVA. BHSC. IyR_123

ris & huius & aliarum coniugationum sit hæc regula generalis de litteris istis quattuor accidentalibus, scilicet qđ in prima cõiugatione, tam in voce passiua, quàm in actiua veniunt cum pũcto chiric, excepto aleph quod habet çegol, vt in voce passiua, אֶפְקֹד תִּפְקֹד ideſt visitabor, visitaberis. ¶ In secunda autem coniugatione prædictę litteræ in vtraque voce actiua & passiua scribũtur per seua, excepto aleph quod venit cum pathach, vt אַפְקֵד תִּפְקֵד ideſt visitabo, visitabis, אַפְקֵד תִּפְקֵד ideſt visitabor, visitaberis. ¶ In tertia vero coniugatione eædem litteræ in voce actiua scribuntur cum pathach omnes. In voce passiua omnes cũ surec vel cameçchateph, vt אֻפְקִיד ideſt faciam visitare, אֻפְקַד אֻפְקָד ideſt visitabor. ¶ Denique in quarta cõiugatione hę litteræ in voce actiua scribuntur, sicut in secunda coniugatione. In voce autem passiua scribuntur ad modum vocis actiuæ primæ coniugationis, vt אֶתְפְּקֵד תִּתְפְּקֵד ideſt visitabo me, visitasti te. ¶ Aliæ autem mutationes pũctuationis harum litterarũ futuri, quæ accidunt quando prima littera substantialis verbi fuerit gutturalis, iam declaratę sunt in cap. septimo, secundi libri circa futurum primæ coniugationis. Solum restat futurum huius verbi, אֹמַר ideſt dixit. nam sæpius in fine clausulæ littera eius media punctuatur cum çere loco pathach, vt Prouerbiorum primo, אֹמְרָה תֹּאמַר ideſt dicta sua dicet. ¶ Imperatiui modi secunda persona singularis masculina tribus modis scribi solet, primo, פְּקֹד ideſt visita, vbi prima littera punctuatur per cameç, & si gutturalis per pathach. Et quando illa littera fue-

UVA. BHSC. IyR_123

fuerit aleph ſcribitur per çegol, vt Ezechiel. tertio, אֱכֹל אֵת הַמְּגִלָּה הַזֹּאת ideſt comede volumen iſtud. Secundo modo iſta perſona ſcribitur per ſeua in prima littera, & per holem in ſecunda, vt פְּקֹד Sed quando tertia huiꝰ verbi littera habuerit accentum machaph, pūctus mediæ litteræ holem vertitur in cameç proferendum vt holem, vt Eſaiæ. 38. אָנָּה יְהוָה זְכָר נָא ideſt obſecro domine memento quæſo. Tertio modo hæc ſecunda perſona ſcribitur per ſeua in prima littera, & pathach in ſecunda, vt פְּקַד et in fine clauſulæ pathach vertitur in cameç, vt primi Regum tertio, שׁוּב שְׁכָב ideſt reuertere & dormi. De aliis autem vocibus huius imperatiui nihil aliud occurrit dicendum, quàm id qđ dictum eſt in ſecūdo libro grammaticæ ſuper imperatiuo primæ coniugationis.

¶ Infinitiuus primæ coniugationis ſemper eſt ſimilis ſecundæ perſonæ ſingulari maſculinæ imperatiui, ſecundū tres modos eius iā dictos. Ideo nihil hic amplius dicem⁹.

¶ Litteræ vero quattuor, quæ huic infinitiuo adduntur pro gerundiis habendis, ſcilicet בְּ כְּ לְ מִ In hac prima cō iugatione ſubſcribuntur per chiric, & tunc prima littera ſubſtantialis verbi ſcribitur cum raphe vel ſine dagues, excepta littera mem, quia poſt eam prima littera verbi habet dagues, & hoc ad ſupplendum litteram nun, quæ ibi dimittitur, vt etiam dictum eſt in ſecundo libro grammaticæ. Verum quando prima littera ſubſtantialis verbi fuerit gutturalis iſtæ quattuor litteræ perdunt chiric, & accipiunt quandoq; pathach, vt Pſalmo nono, לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ ideſt ad fortificandum hominem, quandoque çegol, vt

pꝰ.

UVA. BHSC. IyR_123

Psalmo.41. בֶּאֱמֹר אֵלַי ideſt in dicendo mihi. In aliis vero coniugationibus iſtæ quattuor litteræ gerundiorum ſcribuntur per ſeua prope ſemper. ¶ Duæ autem litteræ denotantes ſubiunctiuum, ſcilicet בכ tam in iſta quàm in aliis coniugationibus ſcribuntur per ſeua, vt בְּפָקְדִי ideſt cum viſitem, בְּפָקְדֵנוּ ideſt cum viſitemus. ¶ Hæc de voce actiua primæ coniugationis. ¶ Paſſiuæ vocis primæ coniugationis præteritum in omnibus ſuis vocibus habet nun ſubſcriptam cum chiric, deinde ſeptem ex illis vocibus habent pathach in littera media, aliæ duæ habent ſeua in eadem littera media. Exemplum primi, נִפְקַד ideſt viſitatus fuit, נִפְקַדְתָּ ideſt viſitatus fuiſti. Exẽplum ſecundi, פֻּקְדָה ideſt viſitata fuit, נִפְקְדוּ ideſt viſitati vel viſitatę fuerunt. Sed in fine clauſulæ hoc præteritum mutat pathach in cameç, vt Eſaiæ. 40. אִישׁ לֹא נֶעְדַּר ideſt nec vllum reliquum fuit. Quando autem prima verbi littera ſubſtantialis fuerit gutturalis variantur puncta vocalia, vt in ſeptimo capitulo ſecundi libri, dictum eſt. ¶ In tempore preſenti omnes voces habent cameç in littera media, & hoc fit gratia differentiæ ad tempus præteritum, vt נִפְקָד ideſt qui viſitatur, נִפְקָדִים ideſt qui ſunt viſitati. ¶ In futuro iam dictum eſt, quod litteræ accidentales ſcribũtur per chiric/& aleph per ęgol, ſed littera ſubſtãtialis prima venit cum cameç: & habet dagues ad ſupplendum defectum litteræ nun, vt אֶפָּקֵד ideſt viſitabor, תִּפָּקֵד ideſt viſitaberis. ¶ In imperatiuo he littera accidẽtalis venit cũ chiric, & prima verbi littera ſubſtantialis cũ cameç & dagues, vt הִפָּקֵד ideſt

UVA. BHSC. IyR_123

ideſt viſitare, vel ſis viſitatus. Eadē eſt deſcriptio infiniti/ui, vt הִפָּקֵד ideſt viſitari. Et in his omnib⁹ quādo prima verbi littera ſubſtantialis fuerit gutturalis vel res mutātur puncta vocalia litterarū accidentalitū in çere, vt Geñ. 42. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם ideſt ligabitur in domo cuſtodię veſtræ. ¶ Participium vocis paſſiuæ. ſ. פָּקוּד ideſt viſita tus habet cameç in littera prima, & in aliis vocib⁹ eiuſdē participii eadem prima littera habet ſeua, vt פְּקוּדָה .i. vi ſitata, פְּקוּדִים .i. viſitati. ¶ De ſecunda cōiugatione. ¶ Pręteriti indicatiui modi tertia pſona ſingularis, quę & prima verbi poſitio duobus modis ſcribi poteſt, primo per çere in littera media & cum puncto dagues, vt פִּקֵּד ſecundo modo cum pathach & dagues in eadē littera me dia, vt פִּקַּד Sed quādo hæc vox venit cum accentu ma/chaph, tunc loco çere ponitur çegol, vt Prouerbiorū. 14. בִּקֵּשׁ־לֵץ חָכְמָה וְאֵין .i. quærit deriſor ſapientiam & nō inuenit. Itē quando littera media fuerit gutturalis, vel res variantur puncta vocalia, vt alias in ſecunda coniugatio/ne dictum eſt. ¶ Tria etiam verba reperiuntur in ſacra ſcriptura quæ veniunt cum çegol in littera media, hæc ſunt, דִּבֶּר ideſt locutus eſt, כִּבֶּס ideſt lauit, כִּפֶּר ideſt pe percit, quę etiā aliquando reperiuntur cum çere maxime in fine clauſulæ, vt Ioſuæ decimo quarto, כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר ideſt ſicut locutus eſt. Aliæ voces huius præteriti habent in littera media vocalem. a. cum pathach, & in fine clau/ſulæ cum cameç, quando autem fuerit punctus vocalis. e. in littera media debet eſſe ſeua & in fine clauſulæ çere, vt Deutero. 5. אֲשֶׁר דִּבְּרוּ ideſt quod locuti ſunt, ſed ſi ea/dem

UVA. BHSC. IyR_123

dem littera media vel etiam prima fuerit gutturalis mutantur puncta vocalia, vt alias dictum est. ¶ Participium actiuum præsentis, scilicet מְפַקֵּד habet mem litteram accidentalem cum seua, & primam litterā verbi substantialē cum pathach, & litteram mediam cum çere. In aliis autē tribus vocibus huius participii venit littera media cum seua, vt מְפַקְּדָה ideſt quæ visitat, מְפַקְּדִים ideſt qui visitāt. Sed quomodo littera media fuerit gutturalis vel res pathach vertitur in cameç, vt 3. Regum. 19. מְפַרֵּק הָרִים ideſt subuertens montes, sed hęc exceptio maxime habet locum in aleph/& res. ¶ Futuri indicatiui litteræ accidentales qualiter punctuari debeant superius dictū est in hoc capitulo, sed littera prima substantialis verbi venit cum pathach, & littera media venit cum çere, vt אֲפַקֵּד ideſt visitabo. Sed quando littera media fuerit gutturalis vel res, tunc prima littera venit cum cameç, vt Psalmo. 15. אֲבָרֵךְ אֶת יְהוָה ideſt benedicam domino. Itē hoc verbum futurum, quando habet accentum macaph in fine, vel accentum dictionis in principio, tunc çere litteræ mediæ vertitur in çegol. Exemplum primi, Geneſis. 44. יְדַבֵּר־נָא עַבְדְּךָ דָּבָר ideſt loquetur obsecro seruus tuꝰ. Exemplum secundi Geneſis tertio, וַיְגָרֶשׁ אֶת הָאָדָם ideſt & eiecit adam, sed in fine clausulæ seua litterę medię vertitur in çere/& in ea ponitur accentus, vt תִּפְקְדִי ideſt visitabis. Et hæc eadem regula de puncto litteræ medię. scilicet seua seruit imperatiuo cū sua exceptione, vt פָּקְדִי ideſt visita fœmi. פָּקְדוּ ideſt visitate masculꝰ. Secunda autem pſona singularis masculina imperatiui. ſ. פְּקֹד ideſt visita,

UVA. BHSC. IyR_123

visita, venit cum çere in littera media, sed quando habet accentum macaph çere vertitur in çegol, vt Exodi. 11. דַּבֶּר־נָא ideſt loquere nunc. Et quia ista eadem vox est infinitiuus eiusdem verbi, ideo seruat eandem regulam Orthographiæ, nisi quando componitur cum pronomine, quia tunc çere litteræ mediæ vertitur in çegol, vt Exodi. 4. גַּם מֵאָז דַּבֶּרְךָ ideſt etiã ex tũc de tuo loqui, pro quo nos habemus, postquam locutus est &c. ¶ Litteræ autem accidentales gerundiorum veniunt cum seua, sed mem cum chiric causa differentiæ ad participium su pradictum. ¶ Vocis passiuæ huius secundæ coniugationis Orthographia hac vnica regula comprehẽdi potest, quod quando littera media verbi in præterito, & futuro habet punctum vocalis. a. debet esse pathach, sed in fine clausulę cameç, vt Esaiæ. 16. וְכַכָּרְמִים לֹא יְרֻנָּן ideſt in uineis non cantabitur. Sed participium vocis passiuæ venit cum cameç in littera media. ¶ De tertia, & quarta coniugatione. ¶ Præteritum vocis actiuæ tertiæ coniugationis sub regulis superius dictis comprehenditur, scilicet quod quando littera media habet punctum vocalis. a. ille debet esse pathach, & in fine clausulæ cameç &c. Omnia alia in arte declarata sunt. ¶ Participii præsentis. scilicet מְפַקֵּיד mem littera habet pathach, & hoc ratione seua sequentis, quod semper fere requirit punctum minus principalem ante se, & littera media scribitur cum puncto chiric, & littera iod ociosa, quæ in tota hac coniugatione nunquam deficit post punctum chiric. ¶ In futuro littera substantialis media venit cum chiric & iod

UVA. BHSC. IyR_123

ociosa, aliquando cum çere sine iod, sed quando vltima littera est gutturalis, littera media scribitur cum pathach, vt Geneſis secundo, וַיְצַמַּח יְהוָה אֱלֹהִים ideſt & germinare fecit dominus deus. Et quandocunque punctus çere venit cum accentu machaph vertitur in çegol, & est regula generalis, vt quarti Regū quarto. וַתַּחֲזֵק־בּוֹ ideſt & apprehendit eum. ℂ In imperatiuo autem, & infinitiuo similiter est obseruanda regula de punctuatione litteræ mediæ, scilicet quando cum pathach, & quando cum çere &c. ℂ In voce autem passiua huius tertiæ coniugationis venit littera he initialis cum surec, vel cum cameçhateph. In aliis autem omnibus sequitur suam vocem actiuam. ℂ De quarta coniugatione.

ℂ In voce actiua cum habeat quattuor litteras semper post punctum vocalis. o. venit vau ociosa. In aliis autem sequitur regulas supra dictas. ℂ In voce autem passiua habet litteram mediam cum puncto dagues, & litteram præcedentem cum puncto minus principali, sed si littera media est aliqua illarum quinque, quæ non recipiunt dagues, tunc littera prima venit cum cameç, vt Deuteronomii. 29. וְהִתְבָּרֵךְ בִּלְבָבוֹ ideſt & benedicet sibi in corde suo. In aliis autem regulis, punctuationis hæc coniugatio sequitur modum præcedentium. Hactenus de verbis perfectis, seu regularibus.

ℂ Capitulum quintum, de Orthographia compositionis verborum cum pronominibus, & de verbis irregularibus.

Se/

UVA. BHSC. IyR_123

SEquendo ordinem quem tenuimus in Arte gram/matica, dicamus hic etiam post quattuor coniugationes verborum regularium, de compositione verborum cum pronominibus. Pro quorum Orthographia supponamus, quod verba taliter composita habent quatuor litteras, vnde per singulas earum discurrentes notabimus punctuationes illarum. Rememorantes in primis exemplum primæ coniugationis, פָּקַד ideſt visitauit, & quando componitur cum pronomine. In præterito tantum primæ coniugationis mutat cameç primæ litteræ in seua, vt פְּקָדַנִי ideſt visitauit me. quæ mutatio nō contingit in aliis temporibus primæ coniugationis, neque in præteritis vel aliis temporibus aliarum coniugationum. ℭ De secunda littera dicimus, quod in tertiis personis vtriusque numeri huius præteriti, si littera media debeat habere punctum vocalis. a. ille erit cameç, vt פְּקָדַנִי ideſt visitauit me, פְּקָדְךָ ideſt visitauit te, פְּקָדוֹ ideſt visitauit illum, פְּקָדָנוּ ideſt visitauit nos, פְּקָדוֹכֶם ideſt visitauit vos, פְּקָדוֹם ideſt visitauit illos, פְּקָדוּנִי ideſt visitauerunt me. Excipiuntur duę compositiones, in quibus littera media venit cum pathach, ratione puncti seua sequentis, vt פְּקָדֶכֶם ideſt visitauit vos masculi. פְּקָדְכֶן ideſt visitauit vos fœmi. Si autem punctus litteræ medię non fuerit vocalis. a. sed alterius, ille nō mutatur in compositione, vt פְּקָדַנִי ideſt visitauit me, הִפְקִידַנִי ideſt fecit visitare me. In aliis autem sex vocibus huius præteriti punctus litteræ mediæ, scilicet pathach non mutatur, vt פְּקַדְתִּיךָ ideſt visitasti me.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ De tertia vero littera dicimus, quod in tertiis perſonis ſingularibus huius præteriti, ſcilicet פָּקַד Cum ex grammatica noſtra reperiantur viginti variationes compoſitionis, quarum ſolæ quindecim habeant in littera tertia punctum vocalis. a. iſtæ ſex earum פָּקַדְנִי פָּקַדְתִּנִי פָּקַדְתָּךְ פָּקַדְתָּנוּ פְּקַדְתֶּם habent pathach in littera tertia, excepto in fine clauſulæ, vt Eſa. 49. יְהוָה מִבֶּטֶן קְרָאָנִי ideſt dominus ab vtero vocauit me, aliæ vero nouem habent cameç, de aliis quinque nulla eſt dubitatio, quia ſequuntur regulam nominis compoſiti cum pronomine, de quo ſupra. ¶ De compoſitione vero aliarum perſonarum omnium, huius præteriti cum pronomine, quantum ad pūctuationem tertiæ litterę nulla eſt difficultas, quia non habet in eis punctum vocalis. a. ſed ſolum ſeua vel ſurec, vt פָּקַדְתִּיךָ ideſt viſitaui te, פָּקְדוּנִי ideſt viſitauerunt me. ¶ De quarta denique littera breuiter dicimus, quod debet ſcribi cum eiſdem pūctis vocalibus, quæ notata ſunt in Orthographia pronominum deriuatiuorum, quantum ad vltimas ſyllabas eorum, hoc addito, quod quando quarta littera fuerit ה he vel ת thau & venerit cum puncto vocalis. a. ille debet eſſe cameç, vt פָּקַדְתָּם ideſt viſitaſti illos, פְּקַדְתִּיהָ ideſt viſitaui illam. Verum aliqui hebræi volunt, quod quando littera præcedens thau habet accentum dictionis, tunc thau ſcribenda eſt cum pathach, vt פְּקָדַתַם ideſt ipſa viſitauit eos, excepto fine clauſulę, quia tunc debet eſſe cameç. ¶ In præſenti tempore participium vocis actiuæ, ſcilicet פּוֹקֵד ſolet habere mediam litteram cum çere, ſed in cō

UVA. BHSC. IyR_123

in compositione quando illa media littera habet punctū vocalis.e. çere vertitur in çegol, פּוֹקְדֶךָ ideſt qui viſitat te, פּוֹקְדְכֶם ideſt qui viſitat vos. In aliis omnibus debet ſe habere in ſuis terminationibus ad modū nominis cōpoſiti cū pnomine, de quo ſupra. ¶ Verū participiū. fœ. ſ. פּוֹקֶדֶת .i. quę viſitat incompoſitione, primū çegol mutat in pathach, ſecundum in ſeua, פּוֹקְדָתִי ideſt quæ viſitat me, פּוֹקַדְתָּךְ ideſt quæ viſitat te. In plurali hoc participium habet normam nominis compoſiti cum pronomine. ¶ In futuro denique indicatiui, in imperatiuo, & infinitiuo, modus deſcriptionis in Arte grammatica in capitulo de compoſitione verborum ſatis copioſe declaratus eſt. ¶ Participium paſſiuæ vocis, ſcilicet פָּקוּד ideſt viſitatus, incompoſitione mutat cameç, vt פָּקוּדִי ideſt viſitatus meus. ¶ De verbis autem irregularibus ſe quendo ordinem tertii libri noſtræ grammaticæ, dicamus in primis de incipientibus a litteris/ iod/ nun, & lamed. Et in iſtis facilis eſt regula Orthographiæ, quia fere in omnibus ſequuntur modum deſcriptionis verborum perfectorum per ſuas quattuor coniugationes, & ſi in aliquo differant ab eis in Arte grammatica declaratū eſt cum de talium verborum irregularitate ageremus. ¶ De verbis autem monoſyllabis eſt aliquid ſpeciale notandum. Et ſit gratia exempli hoc verbū, בִּין ideſt intellexit. In cuius præterito tertiæ perſonæ vtriuſque numeri habent primam litteram cum cameç, vt Exodi. 4. מִי שָׂם פֶּה לָאָדָם ideſt quis poſuit os homini. & Geneſis. 37. וְהִנֵּה קָמָה אֲלֻמָּתִי ideſt & ecce ſurgebat mani

UVA. BHSC. IyR_123

pulus meus. Item Iudicum quinto, בָּאוּ מְלָכִים ideſt venerunt reges. In aliis autem perſonis,& vocibus huius præteriti prima littera venit cum pathach,& hoc propter ſeua ſequens in eis, vt Numeri. 32. וְהִנֵּה קַמְתֶּם תַּחַת אֲבֹתֵיכֶם ideſt & ecce ſurrexiſtis pro patribus veſtris. Sed in verbis monoſyllabis deſinunt in aleph omnes voces,& perſonæ huius prꝫteriti habent primam litterā cum cameç, vt Iudicū. 11. וּמַדּוּעַ בָּאתֶם אֵלַי עַתָּה ideſt quare veniſtis ad me nunc. ℂ Participium præſentis in iſtis verbis venit ſemper cum cameç in prima littera, vt בֵּן ideſt qui intelligit, vt שָׁב ideſt qui reuertitur. Sed quia vox fœminina ſingularis huius participii eſt ſimilis voci fœmininæ præteriti, ideo debet diſtingui per accentum, quia in prꝫterito accētus eſt in prima ſyllaba, vt Geñ. 29. וְרָחֵל בָּאָה עִם הַצֹּאן ideſt & rachel venit cum ouibus. In participio vero accentus eſt in vltima,vt in eodem capꝫ. וְהִנֵּה רָחֵל בִּתּוֹ בָּאָה ideſt & ecce rachel filia eius veniens. Et hæc regula ſit generalis in omnib9 verbis,ſiue perfectis,ſiue imperfectis, in quibus prꝫdictę duæ fœmininæ ſunt ſimiles in præterito,& in præſenti. ℂ In futuro autem litteræ accidentales veniunt cum cameç,vt Geneſis. 6. לֹא יָדוֹן רוּחִי ideſt non permanebit ſpiritus meus in homine,ſed in aliquibus verbis reperiū tur cum çere, vt Eſaiæ.49. לֹא יִבָּשׁוּ ideſt nō confundē tur. Et hoc maxime contingit quando prima littera eſt gutturalis,vt ſecundi Regum capꝫ.2. וַיֵּאוֹר לָהֶם ideſt & orta eſt lux ipſis. ℂ De imperatiuo, & infinitiuo non opus eſt dare regulam,quia in illis eſt prima horum verborū

UVA. BHSC. IyR_123

borum positio, quæ præsupponitur. ¶ In voce passiua horum verborum vnius syllabæ, præteritum tempus habet in tertiis personis vtriusque numeri nun litterā accidentalem subscriptam per cameç, in aliis sex vocibus eiusdem præteriti eadem littera nun venit cum seua, vt Esaias decimo, וְחָכְמָתִי כִּי נָבוֹנְתִּי .i. in scientia mea quoniam intellectus fui. ¶ Participium præsentis temporis in voce masculina singulari habet nun cum cameç: in aliis tribus vocibus cum seua, vt נָבוֹן ideſt qui intelligitur, נְבוֹנִים ideſt qui intelliguntur. ¶ In futuro autem, & imperatiuo ac infinitiuo, de Orthographia horum verborum nulla est difficultas, cum hæc verba careant secunda coniugatione. ¶ In tertia coniugatione istorum verborum, he, præteriti venit cum çere, vt Psal. 32. יְהוָה הֵפִיר עֲצַת גּוֹיִם ideſt dñs dissipat consilium gentium. Sed si littera vltima fuerit gutturalis, vel res tunc prima verbi littera substantialis venit cum pathach loco chiric, vt Exodi. 5. הֵרַע לָעָם הַזֶּה .i. fecit malū populo huic. Verū in istis vrebis voces fœmininæ, tā singulares, q̄ plurales, & in tertia pſona pluralis, habēt qđ venit dicta littera subſtātialis prima, & he accidētalis cū çere, vt הֵרֵעָה הֵפֵרָה הֵרֵעוּ הֵפֵרוּ In aliis personis venit he cum pathach, vt Exodi. 5. לָמָּה הֲרֵעוֹתָה ideſt quare feciſti malum. Eadem regula seruit, quando prima littera fuerit gutturalis, vt Deute. 30. הַעִידוֹתִי בָכֶם .i. testificor invos. ¶ Tēpus præsens habet in singulari numero mem cum çere, & in plurali cum seua, vt Neemiæ. 8. וְהַלְוִיִם מְבִינִים אֶת הָעָם .i. & leuitæ faciebāt intelligere populū.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ In futuro litterę accidentales veniunt cum cameç & lit tera prima ſubſtantialis cum chiric, & iod vel cum çere ſine iod, vt Pſalmo. 106. וַיָּקֶם סְעָרָה לִדְמָמָה ideſt ſtatuit procellam eius in auram. Et quando prima littera ſubſtā tialis fuerit gutturalis vel res, tunc çere vertitur in pa- thach, vt primi Regum. 26. לֹא אֵרַע לְךָ עוֹד ideſt ne- quaquàm vltra tibi malefaciam. Eadem regula ſeruit im peratiuo quando vltima littera fuerit gutturalis, vt Pſal- mo. 38. הַשַּׁע מִמֶּנִּי וְאַבְלִינָה ideſt remitte mihi, vt re frigerer. Et in ipſo imperatiuo venit he cum cameç, & prima littera ſubſtantialis per çere, vel chiric ſicut in fu- turo, vt Danielis octauo, הָבֵן לְהָלָז אֶת הַמַּרְאֶה ideſt fac intelligere iſtam viſionem, & Prouerbiorum octauo, הָבִינוּ פְתָאִים עָרְמָה וּכְסִילִים הָבִינוּ לֵב ideſt intelligi te paruuli aſtutiam, & ſtulti animaduertite. In infinitiuo eſt eadem Orthographia, quæ in imperatiuo. ¶ Litteræ denotantes gerundia veniunt cum ſeua, excepto mem, quia veniunt cum çere. Et eodem modo erat dicendum in prima horum verborum coniugatione, excepta mem quia venit cum chiric. ¶ In voce paſſiua huius tertiæ coniugationis pręteritum habet primam litteram ſubſtā tialem cum pathach, vt Hieremias. 35. הוּקַם אֶת דִּבְרֵי יְהוֹנָדָב ideſt præualuerunt ſermones Ionadab. Præſens habet eandem primam litteram cum cameç, & in futuro cum pathach. In quo etiam futuro ſi verbum deſinat in aleph venit littera prima cum cameç, & eadem regula ob ſeruatur in præterito, vt Ezechi. 40. כִּי לְמַעַן הֵרְאוֹתָכָה הוּבָאתָ הֵנָּה ideſt quia, vt oſtendantur tibi adductus es huc,

UVA. BHSC. IyR_123

huc. Infinitiuus habet primam litteram cum pathach, ſicut futurum. Imperatiuo vocis paſſiuæ prima littera venit cum cameç, ſicut in præſenti. Sed in omnibus iſtis temporibus, quę habent primam litteram cum pathach, in fine clauſulæ ponitur cameç in eadem. ¶ Quarta cō iugatio horum verborum habet in præterito vltimam litteram duplicatam cum çere vel pathach, vt Threnorū primo, אֲשֶׁר עוֹלַל לִי ideſt quem vindemiauit me. In aliis temporibus, & modis ſequuntur regulam verborum regularium. ¶ De voce paſſiua ſufficienter dictum eſt in arte noſtra. ¶ De verbis, deinde deſinentibus in he, Quale eſt, גָּלָה ideſt reuelauit, & de terminatis in aleph, vt קָרָא ideſt vocauit, quia ſufficienter dictum eſt, in ſuis capitulis tertii libri noſtræ grammaticæ, nihil hic addimus de eorū Orthographia, & ſi forte aliquid deeſt, ex dictis in hoc capite quarto præcedente cum regulis generalibus primi capituli huius tractatus haberi poteſt. ¶ Certum hoc verbum, נָתַן ideſt dedit in præterito & præſenti, ſequitur Orthographiam verborum perfectorum, in futuro autem & imperatiuo ac infinitiuo thau littera media, quando requirit punctum vocalis. e. ille debet eſſe çere & cum dagues, vt Geneſis primo, וַיִּתֵּן אֹתָם אֱלֹהִים בִּרְקִיעַ הַשָּׁמָיִם ideſt deditvel poſuit ea deo infirmamento cœli, ſed cum accentu macaph venit çegol loco çere, vt Pſalmo. 17. וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן יִשְׁעֶךָ ideſt dediſti mihi ſcutum ſalutis tuæ. ¶ De verbis duplicatis tandem dicamus, quod verbum duplicatum trium litterarum in præteriti habet primam litteram cum cameç,

ſecū

UVA. BHSC. IyR_123

ſecundam cum pathach ad modum primæ coniugatio/
nis verborum perfectorum, vt סָבַב ideſt circuiuit, ſed
in proceſſu coniugationis cameç primæ litteræ vertitur
in pathac ratione dagues ſequentis, vt Threnorum. 4.
תַּם עֲוֹנֵךְ בַּת צִיּוֹן ideſt completa eſt iniquitas tua filia
ſion. Inuenitur tamen Leuitici. 25. vnum ex iſtis cum ca
meç loco pathach, vt וּמָךְ אָחִיךָ עִמּוֹ ideſt & attenuatus
fuerit frater tuus cum eo, ſed de hoc aliqui hebræi di/
cunt, quod eſt verbum vnius ſyllabæ, & ideo venit cum
cameç. ℂ In præſenti autē, & futuro, & in aliis modis ſe
quentibus obſeruant regulam monoſyllaborum, de qui
bus ſupra. Et ſimiliter in voce paſſiua primæ coniuga/
tionis, nam ſecūda carent. ℂ In tertia vero coniugatione
he præteriti venit cum çere. & ſimiliter prima littera ſub
ſtantialis verbi, vt Geneſis. 6. וַיְהִי כִּי הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב
ideſt & fuit cum cœpiſſent homines multiplicari, ſed in
proceſſu coniugationis he accipit pathach. ℂ In preſen
ti tempore littera mem vocis primæ ſingularis venit cū
çere. & ſimiliter prima littera ſubſtantialis, vt מְסֹבֵב ideſt
qui facit circundare. In aliis vocibus mem venit per ſe
ua. ℂ In futuro & aliis ſequentibus ſeruat regulam mo/
noſyllaborum, excepto puncto primæ litteræ ſubſtantia
lis, quia in iſtis venit per çere. ℂ De verbis autem dupli
catis quattuor litterarum, ſufficienter declarata eſt Ortho
graphia in tertio libro noſtræ grāmaticæ in ſuo capitu/
lo, Ideo hactenus de Orthographia verborum ſit ſatis.

ℂ Caꝑ. 6. & finale de Orthographia dictionum
indeclinabilium, non omnium, ſed notabiliorū.

Di/

UVA. BHSC. IyR_123

DIctionum indeclinabilium, quas Hebræi milla vocant, Orthographia quattuor regulis fere cō prehenditur, non tamen sine exceptionibus. ℂ Prima regula, quod omnes dictiones indeclinabiles monosyllabæ, quæ veniunt ad proportionem huius ponderis, פַּל pal scribuntur per pathach, vt רַב ideſt multum, עַד ideſt donec, vsque, sed in fine clausulæ debent scribi per cameç, vt Iudicum septimo, עוֹד הָעָם רָב ideſt adhuc populus est multus. Ab hac regula excipiuntur dictiones sequentes, quæ in omni loco scribuntur per cameç, vt אָז ideſt tunc, שָׁם ideſt ibi, vel illic, כָּל ideſt omnis, quando venit cum accentu machaph, alias per holem. ℂ Secunda regula, de eisdem monosyllabis venientibus ad proportionem huius ponderis פֶּל pel, quod debent scribi per çere, vt כֵּן ideſt ita, אֵין ideſt non. Ab hac regula excipiuntur dictiones sequentes, quæ scribuntur per çegol, vt אֶל ideſt ad, אֵת ideſt ad, quādo venit cum machaph, הֵן ideſt ecce, quando cum machaph, פֶּן ideſt ne forte. ℂ Tertia regula, quod omnes dictiones indeclinabiles pollysyllabæ terminatæ in vocalem. a. debent scribi cum pathach, etiam si fuerint ibi plures syllabæ eiusdem vocalis. a. & hoc nisi in fine dictionis ponatur aleph, aut he ociosa. Exemplum regulæ, vt אַחַר ideſt post, יַעַן ideſt propter. Exemplum de littera ociosa, sit hoc, מַטָּה ideſt infra, אָנָּא ideſt obsecro. Sed si prædictas dictiones veniunt in fine clausulæ debent scribi cum cameç, etiam si fuerint plures syllabæ tales, vt Deuteronomii. 28.

J.

UVA. BHSC. IyR_123

יַעֲלֶה עָלֶיךָ מַעֲלֶה מַעֲלֶה ideſt aſcendet ſuper te, eritq; te ſublimior. Ab hac regula excipiuntur dictiones ſequentes, quæ vbique ſcribendæ ſunt cum cameç ſi habeant vocalem.a. etiam ſi fuerint pluriſyllabicæ, vt מָחָר ideſt cras, כֹּכָה ideſt ſic, אָמְנָם vel אוּלָם ideſt vere vtique, יָשָׁר ideſt recte, אַבָל ideſt ſed, cuius ſola vltima ſyllaba habet cameç & prima cum pathach, in quo non excipitur à regula. ¶Quarta regula, quod omnes dictiones indeclinabiles incipientes ab aliqua iſtarum litterarum ב beth ל lamed מ mem, ſi habeant vocalem. e. ille debet eſſe ſeua, vt לְמַעַן ideſt propter, בְּעַד ideſt per vel pro, מְעַט ideſt parum. Sed duæ reperiuntur exceptiones de littera mem, vt מֵאַיִן ideſt vnde cum çere, מַה ideſt quid per çegol. ¶Omnes autem dictiones indeclinabiles, quæ ſub prædictis regulis quattuor non continentur, vario modo ſcribi ſolent, nam quædam earum referri poſſunt ad pondera nominum ſuperius poſita capite ſecundo huius tractatus, aliæ vero illa pondera non ſequuntur, vt ergo tollatur omnis ambiguitas punctuationis earum, ſigillatim eas his notabimus.

¶Præpoſitiones. לְמוֹ Ad, in, ſeua, holem.

אֵצֶל Prope, circa, çere, çegol. accentus in prima.

אַחֲרֵי Poſt poſtea, pathach duo, çere.

בַּעֲבוּר Propter, ob, pathac duo.

בִּגְלַל Propterea, pathach tertiæ litteræ.

עֵקֶב Eo quod, çere, çegol. accentum in prima.

לִפְנֵי Coram, ante, çere tertiæ litteræ.

לְבַד Solum, tantum, ſeua, pathach.

Con

UVA. BHSC. IyR_123

נֶגֶד Cõtra, è regione, çegol duo. accentus in prima.
נֹכַח Coram, contra, pathach. accentus in prima.
סָבִיב Circum, cameç cum iod ociosa.
עֵבֶר Trans, çere, çegol. accentus in prima.
עַלֵי Super, pathach, çere.
עַדֵי Donec, vsque, pathach, çere.
קָרוֹב Prope, cameç cum vau ociosa.
רָחוֹק Longe, cameç cum vau ociosa.

¶ Aduerbia. אָז Tunc, pathach duo.
תֶּמֶל Heri, seua in prima.
אֶתְמֹל Heri, çegol in prima.
אֶמֶשׁ Heri nocte, çegol duo. accentus in prima.
עֶרֶב Vesperi, duplex çegol. accentus in prima.
בֹּקֶר Mane, çegol. accentus in prima.
כְּבָר Iam, seua, cameç.
מִתָּחַת Infra, inferius. pathach duo. accentus in secũda.
מִמַּעַל Supra, superiꝰ. pathach duo. cũ dagues & accẽtu
אַיֵּה Vbi. pathach, çere, dagues in secunda. (i secũda
אֵי Vbi, çere cum iod ociosa.
מֵאַיִן Vnde, çere, pathach. accentus in secunda.
לְאַיִן Quo, qua, seua, pathach. accentus in secunda.
אֵיךְ Quomodo, çere cum iod ociosa.
אֵיכָה Quomodo, çere, cameç, iod ociosa.
אֵיכָכָה Quomõ, çere, cameç duo, iod ociosa. accẽtꝰ i se
מָתַי Quando, cameç, pathach. (cũda.
אָנָה Vbi, quo, duo cameç. accentus in prima.
אֵיפֹה Vbi, çere, cum iod ociosa.
לָמָּה Quare, duo cameç, dagues i secũda. accẽtꝰ i ꝑma

Qua-

UVA. BHSC. IyR_123

לָמָּה Quare, cameç, çegol. accentus in prima.
מַדּוּעַ Quare, duo pathach, cū dagues, & accētu ī secū (da.
זוּלָתִי Niſi, præter, cameç.
בִּלְעֲדֵי Niſi, præter, cameç, pathach.
בְּלִעֲדֵי Idem, cameç, çere.
אַיִן Ne, non, pathach, cum accentu in prima.
אֶפֶס Sed, duo çegol. accentus in prima.
לוּלֵי Niſi, çere in tertia.
אָכֵן Certe, vere, cameç, çere.
הֲכִי Idem, vel ita, vel bene, pathachateph.
הִנֵּה Ecce, çere, cum dagues in ſecunda.
אַחֲלַי Vtinam, tria pathach.
אַחֲלֵי Vtinam, duo pathach, çere.
אָמְנָם Vere, duo çegol.
נָכוֹן Certe, cameç cum vau ocioſa.
כַּמָּה Quantū, pathach, cameç cum dagues in ſecūda
זְעֵיר Parum, minus, ſeua, çere cum iod ocioſa.
אוּלַי Forte, forſitan, pathach.
יַחְדָּו Pariter, ſimul, pathach, cameç.
חֵי נַפְשִׁי Per vitā aiæ meæ, çere cū iod ocioſa, pathach.
יוֹתֵר Magis. accentus in prima, cū vau ocioſa, çere.
הֵאָח Euge, çegol, pathah.
אַלְלַי Væ, pathach, ſeua, pathach.
אֲשֶׁר Quod, pathach, çegol.
לָכֵן Propterea, cameç, çere.
הֲלֹא Nonne, nunquid, pathach.

¶ Orthograpiæ ſeu pūctuationis Hebraicæ. Finis.

UVA. BHSC. IyR_123

¶ Habes igitur lector candidissime, in hoc volumine tria ad notitiam linguæ Hebraicæ latinis Theologis necessariam pertinentia, videlicet. Artem grammaticam, Vocabulariū Primitiuorū verborū & nominū, & tandē Orthographiam punctorum. Quæ tria satis breuiter & compendiose ex doctissimis autoribus excerpta, videntur sufficere cuilibet studioso per modum introductionis. quib⁹ habitis perse ipsum quilibet, alia omnia habere poterit, si copia librorum ei non defuerit. Nemo igitur his nostris introductionibus aliquid addere præsumat, quia esset laboriosum & inutile, nemo etiam detrahat aliquid ex eis, quia rem necessariam ad intelligentiam sacræ scripturæ veteris Testamenti tolleret procul dubio. Vale.

¶ AD LECTOREM.

ERACTIS OPTIME lector Arte grammatica, ac dictionario, omnibusque traditis, quæ ad Hebræę linguæ plenam cognitionem sufficiebāt, Visum nobis est nō in iucūdū, neqꝫ inutile futurū, si eam epistolā, quàm ad Hebræos, qui Romæ degūt, olim ego misi, ad eorū Errores reuincendos, peruicatiāqꝫ contundendā Hebræo sermone conscriptam subiungere mus,

UVA. BHSC. IyR_123

mus, Nam & multa in ea sunt scitu digna ex sacra scriptu ra deprompta, quæ ad doctrinam, & ad lectionis oblecta tionē facere possunt. Et ad huius instituti rationē, hoc est ad linguæ hebreæ notitiam nimiū conducunt, propterea quod pleraq; argumenta, quib⁹ hic agimus, ex Artis grā maticæ documētis, ac vocabulorū significationib⁹, (quæ duo apud hebræos plurimū valent) petita sunt, roburq; accipiunt, vnde huius linguę studiosis adiumenti, atq; vti litatis multum accedet. ac postremo vt in huius epistolæ lectione velut in præludio incipiant iam nūc, qui his litte ris vacāt, periclitari, ad sanctæ scripturæ, qđ est opus gra uius, maiusq;, intellectū. vt autem hoc nostrū munusculū grati⁹ foret, & magis acceptū, ac plus opis, atq; emolumē ti, posset afferre, curauimus cū interpretatione latina eam emittere, verbū verbo reddētes/dūtaxat/fidi interpretes, ac nimis familiariter nō quęsito orationis ornatu, sed mū dis, ac simplicibus verbis, quib⁹ melius potuit in alteram linguā transferri, quo tantū intelligeretur, neq; enim vel alia re opus nunc erat, aut aliud fieri potuisset, vt senten tiam sermone hebræo cōprehensam latinis auribus fideli ter trāsmitterem⁹. & in summa noster animus fuit, vt stu diosos huius linguæ aliquantū iuuaremus, & vt christia næ nostrę fidei veritas, Refutatis hebręis, magis eluceret, gloriaq;, ac decus eius ipsorum confusione clarius splen desceret. pro quorum vtroq; tuum candorem, atq; huma nitatē, fac lector optime, amice nobis impertias. Vale.

UVA. BHSC. IyR_123

Hispanię ex regno autor misit quā epistola
אִגֶּרֶת שֶׁשָּׁלַח הַמְּחַבֵּר מִמַּלְכוּת סְפָרַד
Romana in vrbe q̄ sunt Judęos ad
אֶל הַיְּהוּדִים אֲשֶׁר בִּמְדִינַת רוֹמָה
in sua ꝑtinatia eos ad reꝑhēdēdū.
לִתְכּוֹשׁ אֹתָם בִּמְשׁוּבָתָם :

CAP. PRIMVM.

et circuituū ei⁹ Romana ꝯgregatio.i.ꝓbi ꝟtutꝫ hoīes.
אַנְשֵׁי חָיִל קְהַל רוֹמָה וּסְבִיבוֹתֶיהָ·
me audite. clamito o viri ad vos
אֲלֵיכֶם אִישִׁים אֶקְרָא : שִׁמְעוּ אֵלַי Prouer bio.viij.
audiui q̄a ad vos loq̄r de reb⁹ magnis q̄m
כִּי נְגִידִים אַדַּבֵּר אֲלֵיכֶם· כִּי שָׁמַעְתִּי אֶת Prouer bio.viij.
et sapiētię sciētię inuētores ī vobis sūt ꝙ famā vr̄am
שִׁמְעָכֶם· כִּי יֵשׁ בָּכֶם מוֹצְאֵי דַעַת וְחֹכְמָה·
nomē mihi ad ꝯparādū nō. astutiā insipiētib⁹ ad dādā
לַתֵּת לִפְתָאִים עֹרְמָה·· לֹא לַעֲשׂוֹת לִי שֵׁם Prouer bio.ꝑmo.
viā vr̄am ad dirigēdū sed ad vos hęc scribo ego
אָנִי כּוֹתֵב אֶת אֵלֶּה לָכֶם· אָכֵן לְיַשֵּׁר דַּרְכְּכֶם·
ꝛ ad visitādū dn̄i in decorē ꝛ ad vidēdū rectitudinꝫ ī semita
בִּנְתִיב יֹשֶׁר· וְלַחֲזוֹת בְּנוֹעַם יְהוָה וּלְבַקֵּר ps.xxvj.
suscitauerūt me idcircoq̄ ꝟba mea locut⁹ sū in tēplū ei⁹
בְּהֵיכָלוֹ דִּבַּרְתִּי דְּבָרַי· וְעַל כֵּן הֶקִיצוּנִי
quę iustitię ꝟba ad vos ad scribēdū cogitatiōes meę
רַעְיוֹנַי לִכְתּוֹב לָכֶם דִּבְרֵי צֶדֶק אֲשֶׁר
vt reuelarē ardēs q̄si ignis cor meū sup ascēderūt iādiu
מִיָּמִים עָלוּ עַל לְבָבִי כְּאֵשׁ בּוֹעֵרָה· לְגַלּוֹת
hoc q̄ audiat ī vob̄ q̄s ? legis mysteria vobis Esa.xlij.
לָכֶם סִתְרֵי הַתּוֹרָה : מִי בָכֶם יַאֲזִין זֹאת

UVA. BHSC. IyR_123

Esa.xlj. quis retro quę venere ⁊ renũciet ⁊ audiat auscultet
יַקְשִׁיב וְיִשְׁמַע וְיַגִּיד הָאוֹתִיּוֹת לְאָחוֹר · מִי
Esa.xlij. sicut distorta via nõne Jacob i cõculcationẽ ḋdit
נָתַן לִמְשִׁסָּה יַעֲקֹב · הַלֹּא הַדֶּרֶךְ הֶעָקֹב · כְּמוֹ
⁊ post ãbulare in vijs ei⁹ voluerũt ⁊ nõ ibi dixit
שֶׁאָמַר שָׁם וְלֹא אָבוּ בִּדְרָכָיו הָלוֹךְ: וְאָחַר
dicere vult cor sup posuerit ⁊ nõ dixit hoc
זֶה אָמַר וְלֹא יָשִׂים עַל לֵב: רוֹצֶה לוֹמַר
⁊ ad itelligẽdũ ad sciẽdũ cor sup q̇ ponat in eis nõẽ q̇a
כִּי אֵין בָּהֶם מֵשִׂים עַל לֵב לַדַּעַת וּלְהָבִין ·
sua nõ in terra captiuati sũt quo die ex qd̃
כִּי מִן הַיּוֹם אֲשֶׁר גָּלוּ בְּאֶרֶץ לֹא לָהֶם ·
ablata est hũc in diẽ vsq̃ illas gẽtes inter
בֵּין הַגּוֹיִם הַהֵם · עַד הַיּוֹם הַזֶּה נִטָּלָה
Hie.xlix. ⁊ p̃ncipes eoꝝ abijt i captiuitatẽ ⁊ rex eoꝝ elatio eoꝝ
גַּאֲוָתָם וּמַלְכָּם בַּגּוֹלָה הָלַךְ וְשָׂרֵיהֶם
nõ est q̇b⁹ q̃si oues oẽs ipsi ⁊ facti sũt corã eis
לִפְנֵיהֶם · וְהָיוּ כּוּלָּם כַּצֹּאן אֲשֶׁר אֵין
⁊ dixerũt deuorauerũt eos ⁊ inimici eorũ pastor eis
לָהֶם רֹעֶה · וְצָרֵיהֶם אֲכָלוּם וַיֹּאמְרוּ
Hiere.l. a d̃o circũdederẽt eos multę ⁊ tribulatiões peccauim⁹ nõ
לֹא נֶאְשָׁם · וְצָרוֹת רַבּוֹת סְבָבוּם עַד
Jone.iij. ⁊ fletũ ⁊ lamẽtationẽ ieiuniũ ⁊ cõuocauerũt nũer⁹ vtnõ sit
אֵין מִסְפָּר · וַיִּקְרְאוּ צוֹם וּמִסְפֵּד וּבְכִי
ij.Re.vj. ⁊ frusti carnis similę frixę oleo loco puluerẽ ⁊ spserũt
וַיִּזְרְקוּ עַפָּר · מְקוֹם אֲשִׁישָׁה וְאֶשְׁפָּר ·
q̇a auditio ⁊ nõ erat q̇ respõderet neq̃ vox ⁊ nõ erat
וְאֵין קוֹל וְאֵין עוֹנֶה וְאֵין קָשָׁב · כִּי
p̃s. cv.et cvj. perijt ⁊ spes eoꝝ saluatoris sui dei obliti sũt
שָׁכְחוּ אֵל מוֹשִׁיעָם וְתִקְוָתָם אַבָּדָה ·

edu

UVA. BHSC. IyR_123

edumeo sub ⁊ debilitabant̃ ābulabāt ⁊ cotidie
וְתָמִיד הוֹלְכִים וְדַלִּים · תַּחַת אֱדוֹם
in diē vsq; vnq̃ erigent̃ ⁊ nō et Jsmaelitis.
וְיִשְׁמְעֵאלִים · וְלֹא יָקוּמוּ לְעוֹלָם עַד יוֹם
⁊ ipsi surgere adijciet nō cecidit q̃a iudicij Amos.v
הַדִּין · כִּי נָפְלָה לֹא תוֹסִיף קוּם · וְהֵם
ante eos trāsijt ille aūt Messiā suū hodie sperāt Genesis.
מְקַוִּים הַיּוֹם לִמְשִׁיחָם · וְהוּא עֵבֶר לִפְנֵיהֶם xxxiij.
⁊ nō ꝓphetię oēs cōpletę sūt in ipso in quo
אֲשֶׁר בּוֹ נִשְׁלְמוּ כָּל הַנְּבוּאוֹת וְלֹא
dies eoꝝ i vanitate ⁊ ꝯsūpsit mirabilib⁹ ei⁹ crediderūt ps.lxxvij
הֶאֱמִינוּ בְּנִפְלְאֹתָיו וַיְכַל בַּהֶבֶל יְמֵיהֶם ·
ablatū est ⁊ ꝓpterea cū eo rectū nō erat coꝛ eoꝝ q̃a
